Pharmacopoeias

Amsterdam

W
Bordeaux
18 Mai 03

Pª Los ojos 42. a 9327

Se toman 2q ogalladuras de huebos, y vna onza de la mejor miel, se pone en vn pucherico vidriado se deja delante de la boca del orno bien tapado, a la mañana se pasa por vn paño fino y se pone en vna redomita queda vn licor bermejo. = Vso para mancha en el ojo o principio de catarata - es bueno echando dos o tres gotas dentro del ojo. y esto por dos o tres veces cada dia =

Hartts - o stants Pez resina

Para soldar

PHARMACOPOEA
AMSTELÆDAMENSIS
RENOVATA.



AMSTELÆDAMI.

Apud PETRUM VANDEN BERGE,
Urbis, & Illustris Athenæi Typographum.

CIↃ IↃ CC XXVI.

NOBILISSIMIS, ILLUSTRISSIMIS;

ET

AMPLISSIMIS VIRIS,

D: D: JOANNI TRIP J. U. D.

Toparchæ in Berkenrode.

D: D: EGIDIO VANDEN BEMPDEN.

D: D: MATTHÆO LESTEVENON J. U. D.

D: D: WILHELMO SIX J. U. D.

INCLYTÆ REIPUBLICÆ

AMSTELÆDAMENSIS

CONSULIBUS GRAVISSIMIS.

Quod si contemplemur, Patres Amplissimi, magnam illam ingeniorum ſtudiorumque varietatem, tam admirabili divinitùs inſtituto ſubordinatim hominibus conceſſam, nihil erit apertius, quam plerasque artes & ſcientias liberales, communi quodam vinculo, & quaſi in mutuam opem & ſubſidii

necessitudinem, colligatas conso-
ciatasque teneri.

Quod uti in plurimis obtinet, ita cum illâ, quæ ad Vos spectat, scientiâ, eâdem ratione comparatum est, quæ jure merito difficillima habenda est; cum complectatur doctrinam Respublicas condendi, conditasque servandi.

In quâ quantum præ cæteris excellatis, vel ex eo liquet, quod, posthabita multis in casibus longè re propriâ, tam generoso & felici proposito, salutem & causam Reipublicæ complexi fuistis; ubi leges, quarum apud Vos summa est potestas, Vobis ita imperare voluistis, ut Vos vestris civibus; nec obsequentiores hi Vobis sint, quam Vos ipsi legibus.

Cui accedit innata quasi illa modestia, candor, prudentia, vigilantia & facilitas, quâ cives ves-

tri,

tri, non verbis contumeliosis, aut metu, sed pudore potius, suo continentur in officio.

Quis non summâ cum admiratione & veneratione contemplatur, in tam magnâ populi Vobis obedientis frequentiâ, quam pacata hic gerantur omnia, ut nulli mortalium vis inferatur, sed quasi securo quodam in otio vel tranquillitate vivere permittatur.

Quis non obstupescit, ubi considerat, quanam ratione hæc ipsa Urbs, à tam tenuibus humilibusque principiis processerit ad stupendum hocce fastigium?

Neque hoc tantum, sed quod eò potentiæ progressi sitis, ut ipsi etiam Reipublicæ quasi perditæ, calamitosissimis etiam temporibus, & solatium, & subsidium haud exiguum attuleritis, resque confusissimas extricaveritis quam promptissimè. Ve-

Verum neque veſtra modeſtia plura fert, cum innumeri, tam exteri quam incolæ, inſignia factorum veſtrorum ornamenta infinitis vicibus publicè prædicarint; ſuffecerit notaſſe, Vos, præclarè geſtorum ſolâ conſcientiâ contentos, laudes etiam æquiſſimas à nemine admittere.

Offerimus Vobis, VIRI ILLUSTRISSIMI, *Pharmacopœam Amſtelædamenſem renovatam*, non novam, neque antiquam; ſed longâ annorum ſerie tam ratione quam uſu comprobatam.

Priorem quidem jam nonaginta circiter annorum ſpatio Veſtrâ ſub tutelâ acceptam vidimus, ita quoque, hanc Renovatam ut benignè amplectamini precamur, & potenti Veſtro favore tueamini, ut ſcilicet ad hujus ipſius normam & regulam, quam exactiſſimè

mò se in posterum componant Pharmacopœi.

Quoad cætera, comtemplemini eandem, tanquam perpetuæ erga Vos observantiæ & obsequii testimonium, nec non memoris devotæque mentis nostræ monumentum; quo pateat, quid pro collato in nos, quo fruimur, beneficio, aliisque tam multis meritis, Vobis debeamus, de quibus ut semper plurimum nobis sumus gratulati; sic qualiscunque hujus favoris memoriam undique circumferimus.

Interim si hæc nostra pluribus satisfecerit Medicis & Pharmacopœis, etiam Vestrum tantorum Virorum judicium non poterit non esse æquissimum.

Faxit porrò DEUS Ter Opt. Max., ut Vos longo annorum numero incolumes conservet, vege-

tos, firmos, felices, imò omnium rerum optandarum affluentiâ cumulatos

Quæ omni ex animo nostra semper erunt vota, qui pro Vestrâ Salute quâ datâ occasione sumus vigilaturi, atque ipso opere demonstraturi, quod re verâ simus

Amplissimis Vestris Nominibus

DEVOTISSIMI

Inspectores Collegii Medici

HENRICUS VAN BRONKHORST, *Med. Dr. Decanus.*
CASPARUS COMMELIN, *M. Dr. Bot. Prof.*
DANIEL VAN BUREN, *M. Dr.*
HIERONYMUS DE BOSCH, *Pharm.*
MARTINUS HAASBAART, *Pharm.*

Amstelædami
octavo Calend.
Februarii
cIↄ Iↄ ccxxvi.

Copye van de Privilegie.

DE Staaten van Holland ende West-vriesland, doen te weeten: Alzoo ons vertoont is by de INSPECTORES COLLEGII MEDICI t'Amsterdam, dat zy Supplianten, met kennisse en goedvinden van de Heeren Burgermeesteren van de zelve Stad, van voornemen waren, om uyt te geven, en by VAN DEN BERGE, Stads Drukker aldaar, in het Latyn en Duyts te laten drukken PHARMACOPOEA AMSTELÆDAMENSIS RENOVATA: Dan alzoo zy Supplianten bedugt waren, dat eenige baatsugtige luyden het zelve werk zouden zoeken na te drukken, tot nadeel niet alleen van den voorn: Drukker, maar ook van het gemeen, het welke daar aan ten hoogste gelegen leyde, dat het zelve onder het oog en opsigte van de Supplianten exactelyk wierde gedrukt, en alsoo sonder fouten mogte uytkomen; soo keerden sig de Supplianten mitsdien tot Ons, eerbiedelyk versoekende; dat Wy de Supplianten geliefden te begunstigen om het voorsz. Boek alleen, en met seclusie van allen anderen, te mogen laten drukken en uytgeeven in soodanigen Formaat, en in soodanig een Taal als de Supplianten souden goedvinden, en dat voor den tyd van Vyftien Jaren, met interdictie aan allen ende een ygelyk, van het selve Boek na te drukken, te verkoopen, ofte elders nagedrukt zynde, in deze Provincie in te brengen ofte verkoopen, alles op soodanig een straffe tegens de Contraventeurs, als wy souden gelie-

gelieven goed te vinden; En ten dien eynde aan de Supplianten te verleenen Octroy in de beste form; ook met authorisatie op de Supplianten (om alsoo alle fraudes en suppositien voor te komen) om de exemplaren van het voorn: Boek te onderteekenen, en geen van de selve voor authenticq te houden, als die by een van hun Supplianten zoude wesen getekent; SOO IS 'T, dat wy de saake en het versoek voorsz. overgemerkt hebbende en genegen wesende ter beede van de Supplianten, uyt Onze regte wetenschap, souveraine magt en authoriteyt, deselve Supplianten geconsenteert, geaccordeert, ende geoctroyeert hebben, consenteren, accorderen, ende octroyeren hen by desen, dat zy, geduurende den tyd van Vyftien eerst agtereenvolgende Jaren, het voorsz. Boek, genaamt PHARMACOPOEA AMSTELÆDAMENSIS RENOVATA; in diervoegen, als sulks by de Supplianten hier vooren is versogt, en uytgedrukt staat, binnen den voorsz. Onsen Lande, alleen sullen mogen drucken, doen drucken, uytgeven en verkoopen, met authorisatie op de Supplianten (om alle fraudes en suppositien voor te komen) om de exemplaren van het voorsz. Boek te ondertekenen, en geen van de selve voor authenticq te houden, als die by een van hun Supplianten sal wesen getekent. Verbiedende daarom allen, ende eenen ygelyken, het selve Boek in 't geheel ofte deel te drucken, na te drucken, te doen na drucken, te verhandelen ofte verkopen, ofte elders nagedrukt binnen den selven onsen Lande te brengen; uyt te geven ofte te verhandelen en verkoopen,

op

op verbeurte van alle de nagedrukte, ingebragte, verhandelde ofte verkogte Exemplaren, ende een boete van drie duysend guldens daar en boven te verbeuren, te appliceren eén derde part voor den Officier die de Calange doen sal, en het resterende derde part voor den Armen der plaatse daar het casus voorvallen sal, en het resterende derde part voor de Supplianten, ende dit t' elkens soo meenigmaal als deselve sullen werden agterhaalt; alles in dien verstande, dat Wy de Supplianten met desen onsen Octroye alleen willende gratificéren, tot verhoedinge van haare schaade door het nadrucken van het voorsz. Boek, daar door in geenigen deele verstaan, den innehouden van dien te authoriseren, ofte advouëren, ende veel min het selve onder onse protectie ende bescherminge, eenig meerder credit, aansien ofte reputatie te geven, nemaar de Supplianten, in cas daar inne iets onbehoorlyks soude influëren, alle het selve tot haren lasten sullen gehouden wesen te verantwoorden; tot dien eynde wel expresselyk begeerende dat by aldien zy desen onsen Octroye voor het selve Boek sullen willen stellen, daarvan geene geabrevieerde ofte gecontraheerde mentie sullen mogen maken, nemaar gehouden wesen het selve Octroy in 't geheel en zonder eenige omissie daar voor te drukken ofte doen drukken, ende dat zy gehouden sullen zyn een Exemplaar van het voorsz. Boek, gebonden en welgeconditioneert te brengen in de Bibliotheecq van onze Universiteyt tot Leyden, ende daar van behoorlyk te doen blyken, alles op pœne van het effect van desen te verliesen, ende ten eynde

de

de de Supplianten desen onsen Consente ende Octroye mogen genieten als naar behooren, lasten wy allen, ende eenen ygelyken dien het aangaan mag, dat zy de Supplianten van den inhouden van desen doen, laten, ende gedogen, rustelyk, vreedelyk ende volkomentlyk genieten ende gebruyken, cesserende alle beleth ter contrarie; Gegeven in den Hage, onder onsen grooten Segele hier aan doen hangen op den een en twintigsten December, in 't Jaar onses Heere ende Saligmakers, duysend sevenhonderd vyf en twintig.

J. v. HOORNBEEK

Ter Ordonnantie van de Staten,

In absentie van den Secretaris

RENESSE.

Nomine Collegii Medici


W. Haarhaart.

PHARMACOPOEA
AMSTELÆDAMENSIS.

SECTIO PRIMA.

De Medicamentis Simplicibus, in officinis aſſervandis.

RADICES.



Cori, *ſeu* Calami aromatici officinarum.
Alcannæ, *vel* Anchuſæ.
Allii.
Althææ.
Angelicæ.
Apii.
Ari.
Ariſtolochiæ longæ.
rotundæ.
tenuis.
Aſari.
Aſparagi.
Bardanæ, *ſeu* Lappæ majoris.
Biſtortæ.
Bryoniæ.
Carlinæ.
Caryophyllatæ.
Cæpæ.
Cavæ.
Chelidonii majoris.
minoris.
Chinæ.
Cichorei.
Conſolidæ majoris, *vel* Symphyti.
Contra-yervæ.
Coſti utriuſque.
Cucumeris aſinini.
Curcumæ.
Cyclamini, *vel* Arthanitæ.
Cynogloſſi.
Cyperi longi.
rotundi.

Doronici Romani.
Ebuli.
Eryngii.
Esulæ utriusque.
Fabaceæ.
Filicis.
Filipendulæ.
Fœniculi.
Fraxinellæ, *seu* Dictamni albæ.
Galangæ utriusque.
Gentianæ.
Glycyrrhizæ, *vel* Liquiritiæ.
Graminis.
Helenii.
Hellebori albi.
nigri.
Hermodactylorum.
Jalappæ.
Imperatoriæ, *seu* Ostrutii.
Ipecacuanhæ.
Iridis Florentinæ.
Lapathi acuti.
Levistici.
Liliorum alborum.
Malvæ.
Mandragoræ.
Mechoacannæ.
Meü Athamantici.
Ninsing, *seu* Ginszeng.
Nymphææ.
Ononidis.
Osmundæ regalis.
Pareræ bravæ.
Pentaphylli.
Petasitidis.
Petroselini.
Peucedani.
Phu, *seu* Valerianæ.
Pimpinellæ.
Plantaginis.
Polypodii querni.
Pœoniæ utriusque.
Pyrethri.
Raphani rusticani, *seu* Armoraciæ.
Raphani nigri.
Rhabarbari.
Rhapontici.
Rubiæ tinctorum.
Rusci.
Sarzæparillæ.
Satyrii.
Saxifragiæ.
Scillæ.
Scorzoneræ.
Serpentariæ Virginianæ.
Spicæ Nardi Celticæ.
Indicæ.
Tormentillæ.
Turbith.

Tussilaginis.
Vincetoxici, *seu* Hirundinariæ, & Asclepiadis.
Zedoariæ utriusque.
Zingiberis.

FUNGI, & EXCRESCENTIÆ.

AGaricus.
Auriculæ Judæ.
Orbicularis, *vulgò* Bovist.
Gallæ Quercinæ.
Grana Kermes, *seu* Coccus Baphica.
Muscus Quercinus.
Arboreus Pulmonaris.

CORTICES.

AUrantiorum.
Cascarillæ.
Cassiæ Ligneæ.
Castanearum interiores.
Cinamomi.
Citriorum.
Fraxini.
Glandium Calices.
Granatorum, *vel* Malicorium.
Ligni Guajaci.
Macis.
Peruviani, *vel* China-Chinæ.
Quercûs.
Rad. Capparum.
Sambuci mediani.
Tamarisci.
Winterani, *vel* Cinamomi Magellanici.

LIGNA.

ALoës.
Aspalathum.
Colubrinum.
Guajacum, *seu* Sanctum.
Juniperinum.
Lentiscinum, *vel* Mastichinum.
Nephriticum.
Rhodium.
Santalum album.
citrinum.
rubrum.
Sassafras.
Viscus Quercinus.
Stipit. Dulcamaræ.

HERBÆ, & FOLIA.

ABrotani maris.
Abſinthii vulgaris, *ſeu* latifolii.
Abſinthii Romani, *ſeu* tenuifolii.
Acmellæ.
Adianti albi, *ſive* Rutæ murariæ.
Agerati.
Agrimoniæ.
Alchimillæ.
Althææ.
Anagallidis.
Anethi ſummitates.
Artemiſiæ.
Aſperulæ odoratæ.
Baſilici, *ſeu* Ocymi.
Betonicæ.
Burſæ paſtoris.
Calaminthæ.
Capilli Veneris, *ſive* Adianti nigri.
Cardui benedicti.
Caudæ equinæ.
Centaurii minoris ſummitates.
Ceterach, *ſive* Scolopendrii.
Chamædryos.
Chamæpityos.
Cuſcutæ cum floribus.
Dictamni Creticæ.
Epithymi.
Eryſimi.
Eupatorii aquatici, *ſeu* cannabini.
Euphraſiæ cum flor.
Fumariæ.
Geranii Robertiani.
Hederæ terreſtris.
Hyperici ſummitates.
Hyſſopi.
Kali.
Lauri.
Lupuli.
Majoranæ.
Malabathri, *ſive* folium Indum.
Malvæ.
Mari Syriaci.
Marrubii, *ſeu* Praſii.
Matricariæ.
Meliſſæ.
Menthaſtri.
Menthæ criſpæ.
ſativæ.
aquaticæ.
Mercurialis.
Myrti.
Nepetæ.
Nicotianæ.

Ori-

Origani Cretici.
vulgaris.
Parietariæ.
Perſicariæ.
Phyllitidis, *ſeu* Linguæ Cervinæ.
Phellandrii.
Piloſellæ.
Pimpinellæ, *vel* Sanguiſorbæ.
Polii montani.
Polygoni.
Polytrichi, *ſeu* Trichomanis.
Pulegii utriusque.
Pulmonariæ.
Pyrolæ.
Quercûs.
Ribeſii nigri.
Roriſmarini.
Rutæ.
Sabinæ.
Salviæ.
Saniculæ.
Saponariæ.
Scabioſæ.
Scordii.
Senæ.
Serpylli.
Soldanellæ.
Solidaginis Saracenicæ.
Tanaceti.
Thuyæ, *ſive* arboris Vitæ.
Thymi cvm floribus.
Trifolii aquatici.
Tuſſilaginis.
Verbaſci.
Verbenæ.
Veronicæ.
Vincæ pervincæ.
Violariæ.
Virgæ aureæ.
Urticæ.

Multa alia, ut Acetoſa, Acetoſella, Becabunga, Cochlearia, Sedi *ſpecies*, Taraxicum, &c. *quæ non niſi recentes præſcribi ſolent, ſtudio omiſſa; quia ex hortis petenda ſunt, & ſiccata in Officinis ſervari nequeunt.*

FLORES.

ANtheræ, *five* stamina Rosar. Rub.
Balaustiæ.
Betonicæ.
Borraginis.
Buglossæ.
Calendulæ.
Caryophyllei, *seu* Vetonicæ rubræ, & Tunicæ.
Chamæmeli Romani.
vulgar.
Cheiri.
Croci.
Cyani, *seu* Frumenti.
Lavendulæ.
Lilior. alborum.
convallium.
Malvæ.
Malvæ arboreæ.
Meliloti.
Nymphææ albæ.
Papaveris erratici.
Pœoniæ.
Rorismarini.
Rosarum rubrarum.
Salviæ.
Sambuci.
Schœnanthi.
Stœchadis.
Tiliæ.
Trifolii odorati.
Verbasci.
Violarum.

SEMINA.

ACetosæ.
Agni casti.
Althææ.
Ammios.
Amomi.
Angelicæ.
Anethi.
Anisi.
Anisi stellati.
Apii.
Aquilegiæ.
Asparagi.
Bardanæ.
Berberorum.
Bombacis.
Cannabis.
Cardamom. longi.
majoris.
minoris.
Cardui benedicti.
Carui.
Cataputiæ majoris, *sive* Ricini.
minoris, *sive* Lathyridis.
Ciceris albi.

C-

Ciceris rubri.
Citri.
Citrulli.
Cnici, *seu* Carthami.
Coriandri.
Cubebæ.
Cucumeris.
Cucurbitæ.
Cumini.
Cydoniorum.
Dactylorum ossa.
Dauci Cretici.
vulgaris.
Endiviæ, *seu* Scariolæ.
Erucæ.
Fœniculi dulcis.
vulgaris.
Fœni Græci.
Fraxini, *seu* Lingua avis.
Fumariæ.
Genistæ.
Grana Paradisi.
Hordei integrum.
mundatum.
Hyoscyami albi.
Hyperici.
Lactucæ.
Levistici.
Lini.
Lupini.
Malvæ.
Melonum.
Milii Solis, *vel* Lithospermi.
vulgaris.
Napi.
Nasturtii.
Nigellæ.
Nuclei Cerasorum.
Persicorum.
Pini.
Ocymi.
Oleris atri.
Orobi.
Papaveris albi.
nigri.
Petroselini Maced.
vulgar.
Plantaginis.
Portulacæ.
Pœoniæ.
Psyllii.
Raphani.
Rusci.
Rutæ.
Sambuci.
Santonici, *vel* Zedoariæ, & Cinæ.
Saxifragiæ.
Sefelios Massiliensis.
Sileris montani.
Sinapi.
Sophiæ.

Staphidis agriæ.
Sumach, *vel* Rhoïs Obsoniorum.
Thlaspios.
Urticæ.

FRUCTUS.

ALkekengi, *seu* Halicacabi.
Amygdalæ amaræ.
dulces.
Anacardii.
Baccæ Hederæ arboreæ.
Iuniperi.
Lauri.
Mezerei.
Myrti.
Rhammi Cathartici, *sive* Spinæ cervinæ.
Sambuci, *vel* Grana Actes.
Balanus Myrepsica, *sive* Nux Unguentaria.
Capita Papaveris albi.
Carpobalsamum.
Caryophylli.
Plinii.
Cassia fistularis.
Colocynthis.
Dactyli.
Fabæ Ignatianæ.
Ficus.
Glandes Quercinæ.
Iujubæ, *vel* Zizyphi.
Mespilæ immaturæ.
Myrobal Bellericæ.
Chebulæ.
Citrinæ.
Emblicæ.
Indæ.
Nux Cupressi.
Moschata.
Pistachia.
Vomica.
Passulæ majores.
minores, *vel* Corinthiacæ.
Piper album.
Brasiliense, *vel* Capsicum.
longum.
nigrum.
Pruna.
Rosæ caninæ fructus, *dicti* Cynosbatos, &c. Cynorrhodon.
Sebesten.
Siliquæ dulces.
Tamarindi.

FARINÆ.

AMyli.
Fabarum.
Fœni Græci.
Hordei.
Lupinorum.
Rad. Althææ.
Confolidæ major.
Seminum Lini.
Volatilis.

SUCCI LIQUIDI.

CYdoniorum.
Granatorum.
Limonum.
Rofarum pallidar.

GUMMI, RESINÆ,

BALSAMI,
&
SUCCI CONDENSATI.

ACacia vera.
Aloë Hepatica.
Lucida.
Socotorina.
Balf. Copayba, *vel* Copayvæ.
Liquid-ambar, *vel* Liquidum Ambarum.
de Meccâ, *five* Judaicus, & Opobalfamum.
Peruvianus.
Terebinthina vulg.
Cypria.
Veneta.
Tolutanus.
Catechu, *vulgò* Terra Japonica.
Euphorbium.
Glycyrrhizæ Succus.
Hypociftidis Succus.
Manna.
Opium.
Pix.
Saccharum album.
rubrum.
Scammonium.
Tartarus Rhenanus.
Gummi Ammoniacum.
Animæ.
Arabicum.
Afa fœtida.
Bdellium.
Benzoinum, *five* Afa dulcis.

Gummi Caphura.
Caranna.
Ceraforum.
Copal.
Elemi, *vel* Elemni.
Galbanum.
Gutta Gamba, *five* Gutta Jemu.
Hederæ.
Juniperinum *five* Sandaracha.
Kinkenemalo.
Labdanum.
Lacca.
Mastiche.
Myrrha.
Olibanum.
Opoponax.
Sagapenum.
Sanguis Draconis.
Sarcocolla.
Styrax calamita.
liquida.
Tacamahaca.
Thus vulgare.
Tragacanthum.

Refina Citrina.
Colophonia.
Pini.

ANIMALIA, EORUM PARTES, & EXCREMENTA.

Album Græcum.
Adeps Anatis.
Anferis.
Canis.
Cervi.
Adeps Felis.
Gallinæ.
Hominis.
Taxi.
Urfi.
Axungia Porci.
Lap. Bezoar Occidentalis.
Orientalis.
Cancrorum Chelæ.
Lapides;
Oculi dicti.
Cantharides.

Casto-

Castoreum.
Cera alba.
flava.
Cochinella.
Cornu Cervi.
Cranium Hominis violentâ morte extincti, & Usnea adnascens.
Dentes Apri.
Ebur.
Fel Tauri.
Hirci Sanguis præparatus.
Hirudines, *vel* Sanguisugæ.
Ichthyocolla.
Lap. Porcinus, *sive* Hystricites Malaccensis.
Ceilonensis.
Lucii piscis Mandibulæ.
Mel.
Medulla Cervina.
Millepedes, *sive* Aselli & Onisci.
Moschus.
Mumia.
Nidi Hirundinum.
Ossa è cordibus Cervorum.
Scincus.
Sepiæ os.
Serici folliculi.
Sevum Hircinum.
Sperma Ceti.
Testæ Ovorum.
Viperæ.
Ungula Alcis.
Unicornu.
Zibethum.

MINERALIA,

METALLA, LAPIDES.

ÆRugo.
Æs ustum.
Alumen rupeum.
plumeum.
ustum.
Antimonium, *vel* Stibium.
Argentum foliaceum.
vivum, *sive* Mercurius, & Hydrargyrus.
Arsenicum album.
rubrum.
flavum, *sive* Auripigmentum.

Aurum foliaceum.
Bolus Armena.
vulgaris.
alba.
Borax, *sive* Chrysocolla.
Calx viva.
Cerussa.
Chalcitis.
Calybs.
Cinnabaris nativa.
Creta alba.
Granatus.
Hyacinthus.
Lapis Armenius.
Calaminaris.
Hæmatites.
Judaicus.
Lazuli.
Lithargyrus Argenti.
Auri.
Magnes.
Minium.
Osteocolla.
Oleum Terræ.
Petræ.
Plumbum ustum.
Pompholyx, *seu* Nihil album.
Rubinus.
Sal Ammoniacus.
Gemmæ.
Marinus.
Petræ, *seu* Nitrum.
Sapphirus.
Sardus, *vel* Carneolus.
Topasius, *vel* Chrysolithus.
Tutia officinarum, *vel* Cadmia.
Smaragdus.
Stannum.
Sulphur.
Terra Lemnia.
sigillata.
Vitriolum album.
Anglicum.
Cyprium.
Hungaricum
Romanum.

MARINA.

AMbra grisea.
Blatta Byzantia.
Bitumen Judaicum, *sive* Asphaltos.
Corallia alba.
rubra.
Corallina.
Margaritæ orientales.
occidentales.

Ma-

Mater Perlarum.
Pumex.
Spongia.
Spongiæ lapis.
Succinum album, *si-ve* Carabe, & Ambra alba.
citrinum, *si-ve* Carabe, & Ambra citrina.
nigrum, *sive* Gagates, Ambra nigra, & Carabe.
Testæ Ostrearum.



De

De Ponderibus, & Menſuris Medicis, quibus hodie utimur, eorumque Notis.

Gr. gr. Granum hordei modicè craſſum.

℈. Scrupulus, *vel* Scriptulus, pendet grana viginti.

ʒ. Drachma, continet Scrupulos tres.

℥. Uncia, pendet Drachmas octo.

℔. Lib. Libra Medica, eſt pondus Unciarum duodecim.

℔ ß Libra ſemis, Selibra, eſt pondus Unciarum ſex.

Quart. Quartarius, vel quadrans, Unciarum trium.

M. Manipulus, quantum manu comprehendi poteſt.

P. Pugillus, quantum adductis digitorum apicibus attollitur.

Pinta noſtra continet Uncias liquoris circiter viginti.

N°. Numero }
Par. Paria } ita fructus metimur.

ā. ana,

ā. ana, *id est*, cujusque, vel singulorum priùs recensitorum dosin, quæ sequitur sumendam, aut, si nulla sequatur dosis, singulorum æqualem debere esse quantitatem.

Part. æq. *id est*, partes æquales omnium sumendas.

Q.S. q. s. quantum sufficit Q. V. q. v. quantum vis Q.PL. q. pl. quantum placet	cùm Pharmacopœi arbitrio pondus, vel mensura relinquitur.

S. A. s. a. Secundum artem, cùm Pharmacopœo modus componendi committitur.

S. S. S. stratum super stratum, cùm duæ res alternatim sibi invicem substernuntur.

B. M. Balneum Mariæ, vel Maris.

SECTIO SECUNDA.

De Aquis Simplicibus.

AQUÆ SIMPLICES STILLATITIÆ.

Betonicæ.
Borraginis.
Cardui Benedicti.
Chelidonii majoris.
Cichorei.
Cinamomi.
Cochleariæ.
Cort. Aurantiorum. } e corticibus recentibus.
Citriorum.
Euphragiæ.
Fœniculi.
Flor. Aurantiorum, *vel* Naphæ.
Chamæmeli.
Fabarum.
Lavendulæ.
Lilior. Convall.
Papav. Errat.
Rosarum.
Sambuci.
Tiliæ.
Hyssopi.
Majoranæ.
Melissæ.
Menthæ.

Petroſelini.
Plantaginis.
Pulegii.
Roriſmarini.
Rutæ.

Omnes hæ Aquæ deſtillabuntur more conſueto, in vaſe æneo, aut terreo, pro materiæ deſtillandæ qualitate; ſed inprimis cavendum ab empyreumate.

AQUA CENTAURII MINORIS GRAMINIS.

℞. Herbæ Centaurii minoris, *vel*
Radicum Graminis q. ſ.

Contuſa macerentur affuſa aqua ad eminentiam duorum digitorum cum tantillo ſalis, & putrefiant per aliquot dies, donec ſubaceſcant: poſtea deſtillentur in B. M. uſquedum dimidium aquæ affuſæ exſtillarit.

SECTIO TERTIA.

De Aquis compositis, & Spiritibus.

AQUÆ COMPOSITÆ.

Aqua Alexipharmaca.

℞. Nucum Juglandium cum corticibus mense Junio collectarum, Libras quatuor.
Herb. Cardui benedicti,
Melissæ,
Rutæ.
Scabiosæ,
Scordii, ana Uncias quatuor.

Destillentur s. a. cum q. s. Aceti.

Aqua Anhaltina.

℞. Terebinthinæ, Libram semis.
Thuris masculi, Unciam unam.
Ligni Aloës, Uncias tres.
Caryophyllorum aromat.
Cinamomi acuti,
Cubebarum,
Flor. Anthos,
Rad. Galangæ minor.
Masticheś.
Nuc. Moschatæ, ana Drachmas sex.

Cro-

Croci Orientalis, Drachmas duas & ſemis.
Bacc. Lauri,
Sem. Fœniculi, ana Unciam ſemis.

Contuſa infundantur in Spir. Vini libris quinque; *& poſt digeſtionem ſex dierum, deſtillentur S. A.*

Aqua Ant-epileptica.

℞. Rad. Pœoniæ maris ſiccatarum, Libram ſemis.
Angelicæ,
Fraxinellæ,
Fol. Origani Cretici,
Rutæ,
Salviæ, ana Unciam unam.
Flor. Pœoniæ maris,
Betonicæ,
Liliorum convallium,
Roriſmarini,
Tiliæ, ſiccatorum,
Sem. Ammios Orientalis.
Nigellæ, ana Unciam ſemis.
Pœoniæ, Uncias duas.
Caſſiæ ligneæ,
Caryophyllorum,
Cardamomi minoris,
Nucis moſchatæ,
Olei Vitrioli, ana Drachmas duas.

In pulverem craſſum redactis affundantur Spiritûs

ritus Vini Libræ decem; *macerentur per octiduum vase bene clauso: deinde colentur per setaceum densissimum: colatura servetur in vitreo nimbo probè obturato.*

AQUA ANT-EPILEPTICA LANGII.

℞. Flor. Liliorum Convallium, Manipulos duos.
Tiliæ,
Lavendulæ, ana Unciam unam.
Rorismarini,
Stœchados Arabicæ, ana Unciam semis.
Cinamoni, Drachmas sex.
Nucis moschatæ, Unciam semis.
Cardamomi minor.
Cubebarum, ana Drachmas duas.
Visci Querni,
Rad. Pœoniæ,
Dictamni albæ, ana Unciam semis.

Infundantur in Vini generosi pintis sex *per octiduum; postea destillentur.*

AQUA ANTI-NEPHRITICA.

℞. Rad. Raphani sylvestris, Uncias quat.
Glycyrrhizæ,
Ononidis,
Petroselini,
Pimpinellæ, ana Uncias duas.

Ligni

Ligni Nephritici interioris.
Saſſafras, ana Uncias tres.
Fol. Hederæ terreſtris Manip. quat.
Ribeſiorum nigrorum,
Betonicæ,
Chærefolii,
Fragariæ, ana Manipulos duos.
Sem. Fœniculi,
Urticæ,
Bacc. Alkekengi, ana Uncias duas.
Juniperi, Unciam unam.

Macerentur in ſucci Hederæ terreſtris, *&* Vini albi rhenani ana q. ſ. *per tres dies. Deinde ſ. a. deſtillentur, & ſervetur aqua uſui in nimbo vitreo bene obturato.*

Aqua Anti-paralytica.

℞. Ligni Saſſafras, Uncias tres.
Herb. Betonicæ,
Calaminthæ montanæ,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Hyſſopi,
Majoranæ,
Origani,
Praſii,
Primulæ veris,
Pulegii,
Roriſmarini,

Herb.

Herb. Salviæ,
Serpylli,
Thymi,
Flor. Calendulæ,
Stœchados, ana Manipulum unum.
Bacc. Juniperi, Unciam unam.
Rad. Costi amari,
Pyrethri,
Zingiberis,
Sem. Sinapi albi,
Caryophyllorum,
Piperis,
Cinamomi,
Styracis Calamitæ,
Castorei, ana Drachmam unam.

Incisis & contusis affundantur Sp. Vini pintæ octo, *& post tridui infusionem destillentur ut artis.*

Aqua Antiscorbutica.

℞. Succorum expressor. Becabungæ,
Nasturtii aquatici,
Trifolii aquatici, ana q. v.

Destillentur ad medias.

AQUA CERASORUM NIGRORUM COMPOSITA.

℞. Herb. Rorismarini, Manipulos duos.
Salviæ,
Thymi, ana Manip. unum.
Flaved. Cort. Aurantiorum, Unciam unam.
Flor. Tiliæ,
Vetonicæ rubræ, ana Unciam unam & semis.
Liliorum Convall. Drachm. sex.
Lavendulæ, Drachmas tres.

Incisis adde,

Cerasorum nigror. unà cum ossibus & nucleis contusorum, Libras octo.
Vini albi optimi, Libras quatuor.

Digerantur per octiduum; & destillando abstrahantur Libræ duæ.

AQUA AD GONORRHÆAM QUERCETANI.

℞. Rad. Iridis Florent.
Fol. Menthæ crispæ,
Dictamni Creticæ, ana Unciam unam,
Sem. Agni casti,
Lactucæ,
Rutæ, ana Drachmas sex.

Te-

Terebinthinæ Venetæ, Unc. quatuor.
Vini Gallici, Pintas duas.

Destillentur S. A. ad Medias.

Aqua Hysterica.

℞. Rad. Bryoniæ ſiccatarum,
Bacc. Sambuci maturarum, lento furni calore exſiccatarum, & à ſtipitibus mundatarum, ana Uncias duas.
Fol. Artemiſiæ;
Dictamni Creticæ,
Matricariæ,
Nepetæ,
Ocymi,
Pulegii,
Rutæ,
Sabinæ, in umbrâ ſiccatorum, ana Unciam ſemis.
Cort. Aurantiorum exteriornm ſiccatorum, Unc. unam & ſemis.
Myrrhæ,
Caſtorei, ana Drachmas tres.
Croci, Drachmam unam.

Contuſa macerentur per octiduum in Spiritû Vini Libris quatuor: *deinde colentur per ſetaceum denſiſſimum: colatura ſervetur in nimbo vitreo diligenter obturato.*

Aqu

Aqua Melissæ Magistralis, *Gallis*, Eau des Carmes.

℞. Herbæ Meliſſæ recentis, Manipulos decem.
Cortic. Citrior. ſiccatorum, Uncias quatuor.
Nucis Moſchatæ,
Sem. Coriandri, ana Uncias duas.
Cinamomi,
Caryophyllorum, ana Drachmas ſex.
Spiritûs Vini, Pintas octo.
Vini Gallici, Pintas quatuor.

Conſciſſa, & contuſa, poſt tridui digeſtionem deſtillentur lege artis.

Aqua Prophylactica.

℞. Rad. Angelicæ,
Zedoariæ, ana Unciam unam.
Petaſitidis, Uncias duas.
Fol. Rutæ, Uncias quatuor.
Meliſſæ,
Scabioſæ,
Flor. Calendulæ, ana Uncias duas.
Nucum Juglandium immaturar. Libras duas.
Pomorum Citriorum recentium, Libram unam.

Omnibus conſciſſis, & in mortario marmoreo contuſis, affunde Aceti Vini optimi, Libras duodecim, *digeſta per noctem manè deſtillentur ad ſiccitatem; cavendo ad empyreumate.*

Aqua Theriacalis.

℞. Cort. Citriorum exterior. ſiccator.
Radicum Petaſitidis,
Rad. Glyzyrrhizæ,
Pimpinellæ,
Tormentillæ, ana Unc. duas.
Angelicæ,
Dictamni albæ,
Gentianæ,
Imperatoriæ,
Vincetoxici,
Zedoariæ,
Fol. Cardui Benedicti,
Rutæ,
Scabioſæ,
Scordii, ſiccator. ana Unc. unam.
Sem. Acetoſæ,
Cardui benedicti, ana Unciam ſemis.
Croci Britannici, Drachmas duas.

Fiat omnium pulvis craſſus, maceretur per octiduum in B. M. cum Spiritûs Vini Libris duodecim, *vaſe bene clauſo: deinde colentur per ſetaceum denſiſſimum: colaturæ adde,*

Theriacæ Veteris, Uncias tres.
Olei Sulphuris per campanam deſtillati, Drachmas duas.

Serventur in vitreo nimbo bene obturato.

Aqua

Aqua Theriacalis Simplex.

℞. Theriacæ Andromachi, Uncias duas.
Spir. Vini, Libram unam & ſemis.

Digerantur lege Artis, & liquor clarus decantetur.

Aqua Vitæ.

℞. Cinamomi acuti, Uncias quinque.
Santali Citrini,
Rad. Galangæ minor.
Zingiberis,
Cort. Aurantiorum,
Citriorum, ana Drachmas quinque.
Nucis Moſchatæ,
Macis, ana Drachmas ſex.
Cardamomi minoris, Unciam ſemis.
Sem. Aniſi, Drachmas tres.
Folior. Majoranæ,
Saturejæ, ana Unciam unam.
Flor. Caryophyllorum,
Roriſmarini,
Roſar. rubrar, ana Unciam ſemis.
Spirit. Vini, Pintas decem.

Deſtillentur S. A. Edulcorari, & tingi poteſt Syr. Papaveris Erratici, vel Julapio Roſaceó.

AQUA VITÆ MULIERUM,
sive, BALSAMUS EMBRYONUM.

℞. Nucis Moschatæ,
Maceris,
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Zingiberis albi,
Cubebarum,
Granorum Paradisi,
Rad. Zedoariæ, ana Unciam unam & semis.
Galangæ minoris, Drachmas sex.
Flor. Lavendulæ,
Tunicæ,
Tiliæ,
Herb. Menthæ,
Salviæ, ana Unciam unam & semis.
Sem. Carui,
Fœniculi,
Pœoniæ,
Visci Quercini, ana Drachmas sex.

Conscissis, & contusis, affunde Vini Malvatici Pintas sexdecim; *digerantur per tres dies, postea destillentur S. A.*

AQUA VULNERARIA,
Gallis, Eau d'Arquebusade.

℞. Folior. & Rad. Consolidæ majoris,
Fol. Salviæ,

Fol.

Fol. Artemisiæ,
Bugulæ, ana Manip. quatuor.
Betonicæ,
Saniculæ,
Buphthalmi,
Bellidis,
Scrophulariæ majoris.
Plantaginis,
Agrimoniæ,
Verbenæ,
Absinthii,
Fœniculi, ana Manip. duos.
Hyperici,
Aristolochiæ longæ,
Telephii,
Veronicæ,
Centaurii minoris,
Millefolii,
Nicotianæ,
Menthæ,
Hyssopi, ana Manip. unum.

Consciſſis, & contuſis affunde Vini albi Pintas octo: *& deſtillentur S. A.*

SPIRITUS.

SPIRITUS CARMINATIVUS SYLVII.

℞. Rad. Angelicæ,
Galangæ min.
Ostrutii,

Rad. Zingiberis, ana Drachm. unam & ſemis.
Herb. Baſilici,
Majoranæ,
Roriſmarini,
Rutæ hortenſis,
Summit. Centaurii minoris, ana Manip. ſemis.
Bacc. Lauri, Drachm. tres.
Sem. Angelicæ,
Aniſi,
Leviſtici, ana Unciam ſemis.
Nuc. Moſchatæ,
Macis, ana Drachm. unam & ſemis.
Cinamomi acutiſſimi, Drach. ſex.
Caryophyllorum,
Flaved. Cort. Aurantior. ana Drachm. unam.

Conſciſſis, & paulum contuſis affunde Spiritûs Vini Uncias quadraginta. *Digere per biduum in B. M. Dein ad ſiccitatem deſtilla.*

Spiritus Matricalis Burrhi.

℞. Maſtiches,
Myrrhæ,
Olibani,
Succini, ana Uncias duas.

Contuſis affundantur Spiritûs Vini rectificat. Unciæ viginti quatuor. *Digerantur ſpatio quatuor dierum, & deſtillentur ſ. a.*

SPIRITUS ACMELLÆ.

Adfertur ex Herba loco natali, Inſulâ Ceylon.

SP. ANTHOS,
LAVENDULÆ,
LILIORUM CONVALLIUM,

Deſtillantur ex floribus, affuſo Spiritu Vini *ad ſupereminentiam trium digitorum transverſorum.*

Eodem modo parantur.

SP. COCHLEARIÆ, *ex Herbâ.*
CITRI, *è Corticibus recentibus.*
MENTHÆ, *ex Herbâ ſiccatâ.*
PINI, *è Turionibus recentibus.*

SAL. VOLATILE OLEOSUM, ET AROMATICUM.

℞. Cinamomi acuti, Unciam unam.
Nucis Moſchatæ,
Macis, ana Drachmas ſex.
Caryophyllorum, Drachmas duas.
Cort. Aurantiorum,
Citriorum recentium, ana Unciam unam & ſemis.
Sem. Cardamomi,
Cubebarum, ana Drachmas duas.

Salis Ammoniaci, Uncias sex.
Cinerum Clavellatorum, Uncias quatuor.
Sp. Vini Rectificati, Uncias quadraginta.

Destillentur, post justam digestionem, ex cucurbitâ vitreâ per alembicum, juncturis bene clausis, in recipiens amplum.

Sp. Vini Rectificatus, et Alkohol.

Paratur destillando Vini Gallici Spiritum, *ad medias; qui rursus ad medias destillatus, praebet Alkohol.*

SECTIO QUARTA.

De Acetis.

ACETUM CALENDULÆ, }
LAVENDULÆ, } *ex Floribus.*
ROSACEUM, }
SAMBUCINUM, }
RUTACEUM, *ex Herbâ.*

Fiunt omnia eodem modo:

℞. Florum mediocriter ſiccatorum q. v.
Aceti Vini q. ſ.

Inſolentur æſtivis caloribus in vaſe vitreo, vel fictili vitreato oris anguſti per dies quadraginta, aut plures: deinde reponantur uſui.

ACETUM SCILLITICUM.

℞. Radicum Scillæ in taleolas ſectarum, filo trajectarum, & modicè exſiccatarum, Libram unam.
Aceti Vini, Libras octo.

Inſolentur, colentur, reponantur ut antè.

Acetum Stillatitium.

℞. Aceti Vini acerrimi q. v.

Destilletur S. A. Phlegma insipidum primò ascendens abjiciatur; porrò destilletur ad siccitatem.

Acetum Lithargyrii.

℞. Lithargyrii, Libram semis.
Aceti Stillatitii, Pint. duas.

Ebulliant leviter; colentur per chartam emporeticam, & liquor servetur usui.

SECTIO QUINTA.

De Elixiriis, & Tincturis.

ELIXIRIA.

Elixir Proprietatis.

℞. Myrrhæ Electæ, Unciam unam.
Sal. Tartari Nitrati, Drachmas duas.

Affunde Sp. Vini Rectificati Libras duas; *& adde.*

Croci Brittannici,
Aloës Lucidæ, ana Unciam unam.

Fiat per digestionem Elixir. Idem Elixir cum Acido præparatur, si loco Salis Tartari nitrati, *addatur* Spir. Sulphuris per campanam *Drachma una.*

Elixir Salutis.

℞. Foliorum Senæ mundatorum, Uncias duas.
Rasuræ Ligni Sancti,
Rad. Helenii,
Sem. Anisi,
Carui,
Coriandri,
Glycyrrhizæ rasæ, ana Unciam unam.

Uvarum passarum exacinatarum, Uncias quatuor.
Sp. Vini, Pintas duas.

Macera in frigido per octiduum: deinde cola.

TINCTURÆ.

TINCTURA ABSINTHII.

℞. Comarum Absinthii Vulgaris, q. s.

Conscissis affunde Spiritum Vini, *ad eminentiam trium digitorum transversorum.*

Eodem modo fiant.

TINCT. *ex* CARDAMOMO.
CATECHU.
CASSIÂ LIGNEÂ.
CASCARILLÂ.
CINAMOMO.
CORTICE PERUVIANO.
WINTERANO.
COCHINELLÂ.
CROCO.
GRANIS ACTES.
HYPERICI FLORIBUS.
LIGNO COLUBRINO.
RAD. CONTRAYERVÆ.
GENTIANÆ.
TANACETI SUMMITATIBUS.

Si-

Simili methodo, cum Spiritu Vini Rectificato *extrahuntur.*

TINCT. RAD. HELENII.
JALAPPÆ.
BALS. TOLUTANI.
BENZOINI.
CASTOREI SIBERINI.

TINCTURA ASÆ FOETIDÆ.

℞. Asæ Fœtidæ, Unciam unam.
Sal. Tartari Nitrati, Drachmas duas.

Affunde Sp. Vini Rectificati Uncias octo; *&* *extrahe S. A. Tincturam.*

Eâdem præparatione fiunt.

TINCTURÆ CANTHARIDUM.
MILLEPEDUM.
MYRRHÆ.
RAD. NINZIN.
PARERÆ BRAVÆ.
SUCCINI.

TINCTURA ANODYNA, *sive* LAUDANUM LIQUIDUM SYDENHAMI.

℞. Vini Hispanici, Libram unam.
Opii, Uncias duas.

Croci Brittannici, Unciam unam.
Cinamomi,
Caryophyllorum pulverisator. ana Drachmam unam.

Digerantur in arenâ, per tres dies aut ultra; quousque Tinctura debitam acquirat consistentiam, hinc colatura servetur usui.

TINCTURA, *sive* BALSAMUS ASTHMATICUS COMPLETUS.

℞. Myrrhæ electæ, Drachmas duas.
Benzoini,
Succi Liquiritiæ, ana Unciam unam.
Gummi Ammoniaci depurati, Drachmas duas.
Radicum Iridis Florentinæ,
Ari, ana Drachmas tres.
Sulphuris vivi,
Balsami Peruviani,
Copayvæ, ana Drachmas duas.

Affunde Aceti Squillitici q. s. *ut fiant instar pultis dilutioris, digerantur per viginti quatuor horas tepidè: postea adde* Spiritum Vini Rectificatum, *ut emineat tres digitos; digerantur denuò, & colatura servetur usui.*

TINCTURA, *sive* BALSAMUS ASTHMATICUS INCOMPLETUS.

℞. Balsami Peruviani, Drachmas duas.
Succi Liquiritiæ, Unciam semis.
Catechu.
Sulphuris Vivi, ana Drachmas tres.

Affunde Sp. Vini Rectificat. *ad eminentiam quatuor digitorum, & extrahe per digestionem Tincturam.*

TINCTURA BEZOARDICA.

℞. Rad. Angelicæ,
Ostrutii,
Valerianæ,
Levistici,
Zedoariæ, ana Unciam semis.
Herb. Scordii,
Rutæ,
Cardui Benedicti,
Flor. Tunicæ,
Calendulæ, ana Manip. unum.
Sem. Angelicæ,
Levistici,
Citri,
Rutæ, ana Drachmam unam.
Baccar. Juniperi, Unciam unam.
Cort. Citriorum,
Aurantiorum, ana Drachmas sex.

Myr-

Myrrhæ rubræ, Drachmas decem.
Theriacæ Andromachi, Uncias duas.
Sp. Vini, Pintas quatuor.

Destillentur S. A. Porrò.

℞. Spiritus præscripti, Uncias duodecim.
Caphuræ, Drachmas duas.
Spir. Tartari, Uncias tres.
Vitrioli, Uncias duas.
Santali rubri, Drachmam unam.

Digesta exhibent Tincturam Bezoardicam.

TINCTURA CARDIACA.

℞. Ambræ griseæ, Drachmas duas.
Moschi optimi, Scrupulos duos.
Ligni Aloës, Drachmam unam & semis.
Benzoini optimi, Drachmas tres.

Contusis, & commixtis, affunde Spiritum Vini Rectificatum, *ut tres digitos supereemineat: & ad lenissimum cinerum calorem extrahatur Tinctura.*

TINCTURA HYDRAGOGA.

℞. Rad. Jalappæ resinosæ, Uncias duas.
Hellebori nigri, Unciam semis.
Mechoacannæ,
Scammonii, ana Drachmas sex.

Ci-

Cinamomi, Drachmas duas.
Macis, Drachmam unam.

Contusis affunde Sp. Vini rectificati Uncias sexdecim; *digerantur in arenâ, modico calore, & Tinctura filtrata exhibeatur usui.*

TINCTURA JALAPPÆ CONFORTANS.

℞. Rad. Jalappæ resinosæ, Uncias tres.
Cort. Citriorum, Unciam unam.
Cinamomi, Unciam semis.
Sem. Anisi, Scrupulos quatuor.
Spir. Vini Rectificati, Uncias sexdecim.

Extrahatur S. A. Tinctura.

TINCTURA GUMMI LACCÆ.

℞. Gummi Laccæ contusæ, Unciam semis.
Aluminis usti, Drachmam unam & semis.
Sp. Cochleariæ debilioris, Uncias octo.

Fiat lege artis Tinctura.

SECTIO SEXTA.

De Syrupis, Mellitis, & Rob.

SYRUPUS ALTHÆÆ FERNELII.

℞. Radicum Althææ, Uncias duas.
Cicerum rubrorum, Unciam unam.
Rad. Asparagi,
Glycyrrhizæ rasæ,
Graminis,
Uvarum passarum ab arillis expurgatarum, ana Unciam semis.
Summitatum Althææ,
Herb. Adianti utriusque.
Malvæ,
Parietariæ,
Pimpinellæ,
Plantaginis, ana Manipulum unum.
Seminum quatuor frigidorum, majorum, minorum, contusorum, ana Drachmas tres.

Coquantur in aqua s. q. ad tertiæ partis consumptionem. Colatura cum

Sacchari albi, Libris quatuor.

Coquatur in Syrupum.

Sy-

Syrupus Artemisiæ Fernelii.

℞. Rad. Fœniculi,
Helenii,
Iridis,
Levistici,
Pœoniæ,
Rubiæ tinctorum, ana Unciam semis;
Herb. Artemisiæ, Manipulos duos,
Betonicæ,
Calaminthæ,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Hyssopi,
Hyperici,
Majoranæ,
Matricariæ,
Melissæ,
Nepetæ,
Origani,
Prasii,
Pulegii,
Sabinæ, ana Manipul. unum.
Sem. Anisi,
Dauci,
Fœniculi,
Nigellæ,
Ocimi,

Sem. Petroselini,
Rutæ, ana Drachmas tres.

Contusa, & incisa, macerentur horis viginti quatuor in aquæ communis q. s. Postea destillando abstrahantur Spiritûs fragrantioris Unciæ quindecim: in quibus dissolve Sacchari albi purificati Uncias triginta. *Residuo expresso & colato adde* Sacchari albi tantundem; *& percoquantur in Syrupum, priori commiscendum, & condiendum*

Cinamomi, Unciâ unâ.
Spicæ Indicæ, Drachmis tribus.

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS.

℞. Herbæ Capilli Veneris recentis, & parum incisæ. Uncias quinque.
Rad. Glycyrrhizæ rasæ, Uncias duas.

Macerentur viginti quatuor horis in s. q. aquæ calentis: deinde bulliant s. a. Colaturæ clarificatæ Libris quinque adde

Sacchari, Libras quatuor.

Coquantur in Syrupum.

SYRUPUS CARDUI BENEDICTI.

℞. Succi Cardui Benedicti depurati, Libras tres.
Sac-

Sacchari albi, Libram unam & semis.

Coquantur in Syrupi consistentiam.

Eodem cum præcedenti modo fiunt.

SYR. FOENICULI.
CHAMÆMELI *ex forti decoctione florum.*

SYRUPUS CERASORUM NIGRORUM.

℞. Succi Cerasorum nigrorum per subsidentiam depurati, Uncias quindecim.

Sacchari albissimi, Libras duas.

Redigantur sine coctione in Syrupum.

Eodem modo parantur.

SYR. CYDONEORUM.
GRANATORUM ACIDORUM.
LIMONUM,
RUBI IDÆI.

SYRUPUS CICHOREI CUM RHABARBARO.

℞. Rad. Apii,
Asparagi,
Fœniculi, recentium, ana Uncias duas.
Herb. Cichorei,

Herb.

Herb. Endiviæ sativæ,
Taraxici, ana Manip. duos.
Fumariæ,
Hepaticæ, *seu* Lichenis,
Lactucæ,
Lupulorum,
Sonchi levis, ana Manipulum unum.
Capilli Veneris,
Hordei integri, ana Unciam unam & semis.
Fructuum Alkekengi,
Glycyrrhizæ rasæ, ana Drachm. sex.

Coquantur in s. q. aqua ad tertiæ partis consumtionem: deinde percolentur, & adde

Sacchari albi, Libras quatuor.

Clarificata coquantur in Syrupum.

Interea.

℞. Rhabarbari electi, Uncias quatuor.
Spicæ Nardi Indicæ, Drachmas duas.

Infundantur in s. q. decocti præscripti: post levem ebullitionem colatura fortiter expressa misceatur Syrupo sub finem coctionis.

Syrupus Diacnicu.

℞. Rad. Angelicæ,
Apii,

Rad.

Rad. Aſparagi,
Fœniculi, recentium,
Glycyrrhizæ, ana Unciam unam.
Polypodii quercini, Unciam unam & ſemis.
Cort. Tamariſci, Unciam ſemis.
Herb. Adianti,
Bugloſſæ,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Hyſſopi,
Origani,
Scolopendrii,
Thymi, ana Manipul. ſemis.
Cuſcutæ,
Fruct. Alkekengi, ana Unciam ſemis.
Uvarum paſſarum ab arillis expurgatarum, Uncias duas.
Sem. Cnici contuſorum, Uncias quatuor & ſemis.
Aniſi,
Ammios,
Dauci,
Fœniculi, una Unciam unam.

Coquantur in ſ. q. aquæ ad tertiæ partis conſumtionem: colaturæ adde

Sacchari albi clarificati Libr. duas.

Percoquantur in conſiſtentiam Syrupi.

In-

Interea

℞. Foliorum Senæ mundatorum, Unc. quatuor.
Rhabarbari electi, Unciam unam & ſemis.
Agarici trochiſcati, Unciam ſemis.
Zingiberis, Drachmam unam.

Macerentur calidè per noctem in ſ. q. decocti præſcripti. Sequenti die leviter ebulliant: colentur, exprimantur, & miſceantur Syrupo ſub finem coctionis.

SYRUPUS DIACODION.

℞. Capita Papaveris albi ſine ſeminibus, Viginti.
Siliquarum dulcium ſine granis, Uncias tres.
Rad. Althææ,
Glyzyrrh. raſæ, ana Uncias duas.

Coquantur ſ. a. in ſ. q. aquæ. Colaturæ expreſſæ adde

Sacchari rubicundi, Libram unam & ſemis.

Coquantur ad conſiſtentiam Mellis, ſeu Syrupi ſpiſſioris.

SYRUPUS HYSSOPI.

℞. Herb. Hyſſopi ſiccatæ, Unciam unam & ſemis.
Capilli Veneris, Drachm. ſex.

Rad

Rad. Apii,
Fœniculi,
Petroſelini, recentium,
Glycyrrhizæ raſæ, ana Drachmas decem.
Jujubas,
Sebeſten, ana Triginta.
Ficus pingues.
Dactylos pingues, ana Decem.
Uvarum paſſarum ab arillis expurgatarum, Unciam unam & ſemis.
Hordei mundati, Unciam ſemis.
Sem. Cydoniorum.
Malvæ, ana Drachmas tres.

Coquantur in ſ. q. aquæ: colaturæ adde

Sacchari albiſſimi, Libras tres.

Clarificata coquantur in Syrupum.
℞. Lapidis Calaminaris præparati, Uncias tres.
Tutiæ præparatæ Unciam unam.
Vitrioli albi.
Caphuræ, ana Scrupulos duos.
Unguenti Rosacei Libram unam.
F. s. a. Unguentum.

Unguentum Oculare Keiseri.

℞. Butyri recentis insulsi, Uncias duas.
Tutiæ præparat. Unciam semis.
Caphuræ, Drachmam unam.
Viridis Æris, Grana duodecim.

F. s. a. Unguentum.

Unguentum Populeum.

℞. Oculorum, *seu* Gemmarum Populi recentium Libras tres.
Axungiæ Porcinæ recentis insulsæ, Libras sex.

Gemmæ Populi contundantur, & macerentur Axungia, donec sequentes herbæ collectæ fuerint.

℞. Herb. Bardanæ,
Hyoscyami,
Lactucæ,
Mandragoræ,
Papaveris nigri,
Sempervivi majoris,
minoris,
Solani,
Violarum,
Umbilici Veneris, *aut* Portulacæ,
Cymarum Rubi tenerrimarum, ana Manipulos duos.

Quæ

Quæ contusæ cum Axungiâ, & Oculis Populi coquantur ad consumtionem humiditatis: fiatque s.a. Unguentum.

UNGUENTUM ROSACEUM.

℞. Axungiæ Porcinæ recentis à membranis purgatæ, & aliquoties lotæ, Libras duas,
Rosarum pallidarum recentium q. s.

Mixta insolentur per aliquot dies: deinde effervescant, & colentur, Colaturæ immisce

Rosarum quantitatem eandem.

Denuò insolentur, ebulliant, & colentur ut ante: hæcque toties repetantur donec Axungia gratissimum acquirat odorem. Servetur pro Unguento.

BALSAMUS ARCÆI DIGESTIVUS.

℞. Gummi Elemni,
Terebinthinæ Venetæ,
Sevi castrati.
Axungiæ Porcinæ, ana Uncias duas.

M. f. Balsamus.

BALSAMUS LUCATELLI.

℞. Olei Hyperici,
Terebinthinæ Venetæ claræ, ana Uncias sex.

Cera

Ceræ citrinæ, Uncias quatuor.
Balſ. Peruviani, Drachmas duas.
Ligni Santali rubri, Unciam ſemis.
Vini Canarini, Uncias quatuor.

F. ſ. a. Balſamus.

BALSAMUS NEPHRITICUS NIGER.

℞. Olei recentis Amygdalar. dulcium Uncias duas.
Sem. Papav. albi, Unciam unam & ſemis.
Nuciſtæ, Drachmas duas.
Balſ. de Copay vâ, Drachmas tres.
Peruviani, Drachmam unam.
Olei Juniperi, Scrupulum unum.
Aniſi,
Vitrioli recticatiſſimi, ana Drachm. unam.

Agitentur ſimul in vitro capaci, donec inſigni-r caleſiant, & nigrum colorem acquirant; ceſ-nte calore digerantur in B. M. per duos dies, ſæ-us materiam agitando.

BALSAMUS NEPHRITICUS ALBUS.

Paratur eodem modo, omiſſis Oleis, Nuciſtæ, uniperi, Aniſi, & Vitrioli.

BAL-

BALSAMUS SULPHURIS AMYGDALINUS.

℞. Florum Sulphuris, Unciam unam.
Olei Amygdalarum dulcium, recens expressi, Uncias sex.

Digerantur in arenâ calore convenienti, & ebulliant leviter donec Flores solvantur.

Eodem modo Parantur

BALSAMUS SULPHURIS ANISATUS.
JUNIPERINUS.
SUCCINATUS.
TEREBINTHINATUS.

SEC-

SECTIO DECIMA QUINTA.

De Emplaſtris.

Emplastrum de Baccis Lauri.

℞. Baccarum Lauri, Uncias duas.
Thuris,
Maſtiches,
Myrrhæ, ana Unciam unam.
Rad. Coſti amari,
Cyperi rotund. ana Drachmas ſex.
Olei Laurini,
Terebinthinæ Venetæ,
Ceræ citrinæ, ana Unciam ſemis.

M. f. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplastrum Betonicæ.

℞. Herb. Betonicæ,
Apii,
Plantaginis, ana Manip. octo.
Ceræ citrinæ,
Gummi Elemni,
Reſinæ Pini,
Terebinthinæ, ana Libram ſemis.

Herbæ contuſæ coquantur leviter cum aliis ingredientibus; exprimantur fortiter per pannum aſperum; & formentur magdaleones.

EMPLASTRUM DE CHAVONNE.

℞. Lithargyri Auri, Uncias viginti quatuor.
Olei Olivarum, Libras duas & semis.
Ceræ citrinæ, Libram unam.
Gummi Ammoniaci, Unc. tres & Drachm. duas.
Galbani, Drachmas decem.
Opopanacis,
Olibani, ana Unciam unam.
Thuris, Uncias duas.
Myrrhæ,
Masticbes,
Bdellii, ana Unciam unam.
Viridis Æris, Unciam unam.
Lap. Magnetis præp. Uncias quatuor.
Rad. Aristolochiæ rot. Uncias duas.

M. F. s. a. Emplastrum.

EMPLASTRUM è CUMINO.

℞. Ceræ flavæ,
Emplastri Diachalciteos,
Olei Olivarum veteris, ana Libram mediam.
Seminis Cumini subtilissimè tusi, Uncias quinque.

F. s. a. Emplastrum.

EM-

EMPLASTRUM DIACHALCITEOS. *seu* DIAPALMÆ.

℞. Olei veteris,
Lithargyri Auri, ana Libras tres.
Axungiæ Porcinæ veteris à membranis purgatæ, Libras duas.

Coquantur cum aquæ puræ q. s. *in Emplastri consistentiam.*

EMPLASTRUM DEFENSIVUM.

℞. Foliorum Salicis,
Fraxini, ana Manipulos quatuor.
Rubi,
Consolidæ majoris cum toto, ana Manipulos duos.
Corticum radicum Fraxini,
Summitatum Myrthi, ana Manipulum unum.

Contusis omnibus affunde

Vini rubri austeri, Uucias quadraginta.
Aceti Rosacei, Uncias duas.
Olei Rosarum, Libram unam & mediam.
Mastichini, Libram mediam.

Macerentur in loco tepido octo diebus: deinde coquantur leni igne, colatura fortiter expressa bulliat cum

Lithargyri Auri &
Argenti, ana Unciis sex.

Ad Emplastri consistentiam, addendo inter coquendum

Sevi Ovilli, Libram unam.
Ceræ novæ, Libras duas.

Et finita coctione.

Terebinthinæ, Uncias quatuor.
Thuris,
Myrrhæ, ana Unciam unam.
Masticħes, Drachmas duas.
Boli Armenæ,
Terræ sigillatæ vulgaris,
Minii, ana Uncias quatuor.

F. s. a. Emplastrum.

EMPLASTRUM DIACHYLON SIMPLEX.

℞. Olei Mucaginum, Libras octo.
Lithargyri Auri, Libram unam & semis.

F. s. a. Emplastrum.

EMPLASTRUM DIACHYLON *cum* GUMMI.

℞. Olei Mucaginum, Libras octo.
Lithargyri auri, Libras quatuor.

Ce-

Ceræ,
Terebinthinæ, ana Libram ſemis.
Gummi Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni, ana Uncias quatuor.

F. ſ. a. Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DIAPOMPHOLYGOS.

℞. Ceræ citrinæ, Uncias quindecim.
Olei Solani, Uncias quatuor decim.
Ceruſſæ, Uncias quatuor.
Plumbi uſti, Uncias ſex.
Pompholygos, Unciam unam & ſemis.
Thuris, Drachmas decem.

M. F. Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE GALBANO CROCATUM.

℞. Gummi Galbani in aceto ſoluti, Uncias ſex.
Emp. de Meliloto,
Diachyli ſimp. ana Uncias tres.
Ceræ citrinæ, Uncias duas.
Terebinthinæ, Unciam unam.
Croci Britannici, Drachmas ſex.

M. F. Emplaſtrum.

Emplastrum Gratia Dei, *cum & sine* Ærugine.

℞. Ceræ novæ,
Resinæ,
Sevi Hircini, ana Uncias quatuor.
Terebinthinæ, Uncias duas.
Æruginis,
Mastiches,
Olibani, ana Drachmas tres.

F. s. a. Emplastrum.

Emplastrum Griseum, *seu* Lapidis Calaminaris.

℞. Lapidis Calaminaris præparati, Unciam unam.
Lithargyri, Uncias duas.
Cerussæ,
Tutiæ, ana Unciam semis.
Terebinthinæ, Unciam unam.
Thuris, Drachmas quinque.
Mastiches, Drachmas tres.
Myrrhæ, Drachmas duas.
Caphuræ, Drach. unam & semis.
Ceræ albæ, Unciam unam & semis.
Sevi Hircini, Uncias duas.

F. s. a. Emplastrum.

EMPLASTRUM DE LABDANO.

℞. Olei Olivarum,
Lithargyri, ana Uncias quindecim.
Ceræ citrinæ,
Colophoniæ,
Resinæ Pini,
Gummi Ammoniaci,
Labdani, ana Unciam unam & semis.
Elemni, Drachmas sex.
Styracis calamitæ, Drachmas tres.
Rad. Iridis Florentinæ, Uncias duas.
Baccarum Lauri,
Sem. Cumini,
Flor. Chamæmeli,
Meliloti, ana Unciam unam & semis.
Herb. Sabinæ, Drachmas tres.
Thymi, Drachmam unam & semis.
Olei Anethini,
Chamæmelini,
Liliorum albor.
Laurini, ana Drachmas sex.
Axungiæ Porci, Uncias tres.
Sevi Hircini, Uncias quatuor.

M. F. s. a. Emplastrum.

EMPLASTRUM MELILOTI.

℞. Summit. Meliloti, Uncias sex.
Fol. Absinthii,

Fol. Majoranæ,
Flor. Chamæmeli,
Sem. Fœni Græci,
Bacc. Lauri,
Rad. Althææ, ana Drachmas tres.
Cyperi,
Iridis,
Spicæ Nardi Indicæ,
Cassiæ ligneæ,
Sem. Ammios,
Apii,
Cardamomi minoris, ana Drachmas duas & semis.
Gummi Ammoniaci, Drachmas decem.
Bdellii,
Styracis calamitæ, ana Drachmas quinque.
Terebinthinæ, Unciam unam & semis.
Ficus siccatas, Duodecim.
Resinæ,
Sevi Hircini, ana Uncias quatuor.
Ceræ citrinæ, Uncias octo.
Olei Spicæ, Uncias duas.
Majoranæ q. s.

F. s. a. Emplastrum.

Emplastrum Mucilaginum.

℞. Olei Mucaginum, Uncias sex.
Gummi Ammoniaci,
Galbani,

Gum-

Gummi Opopanacis,
 Sagapeni, ana Unciam ſemis.
Croci, Drachmas duas.
Ceræ citrinæ, Uncias viginti.
Terebinthinæ, Uncias duas.

F. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplastrum Opodeldoch.

℞. Ceræ citrinæ, Libram unam.
Terebinthinæ Venetæ, Libram ſemis.
Gummi Elemni, Uncias tres.
Olei Hyperici,
 Myrtini, ana Unciam unam & ſemis.
Colophoniæ, Drachmas ſex.

Liquefiant ſimul omnia; liquatis adde ſequentia, nempe

Gummi Ammoniaci,
 Galbani,
 Opopanacis, ana Drachmas ſex.
Mumiæ ſelectæ,
Succini albi, ana Drachmas duas.
Olibani,
Maſtiches,
Sanguinis Draconis,
Sarcocollæ, ana Drachmam unam & ſemis.
Aloës optimæ, Drachmam ſemis.
Myrrhæ, Drachmam unam.

Lapidis Magnetis, Drachmas ſex.
Croci Martis adſtringentis,
Tutiæ,
Lithargyri, ana Unciam unam.
Lap. Calaminaris, Uncias quinque.
Colcotharis Vitrioli edulcorati, Uncias duas.

M. F. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplastrum Oxycroceum.

℞. Ceræ citrinæ,
Colophoniæ,
Picis navalis, ana Uncias ſex.
Croci Britannici, Uncias duas.
Gum. Ammoniaci,
Galbani,
Maſtiches,
Myrrhæ,
Terebinthinæ,
Thuris, ana Uncias duas.
Aceti q. ſ. diſſolvendis Gummi.

F. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplastrum Ranarum, *cum & ſine* Mercurio.

℞. Olei Chamæmelini,
Anethini,
Liliorum,

Spi-

Spicæ, ana Uncias quatuor.
Crocini, Uncias duas.
Axungiæ Porcinæ, Libras duas.
Pinguedinis Vitulinæ, Lib. unam.
Olei Laurini genuini, Uncias octo.
Thuris masculi, Uncias duas & semis.
Euphorbii, Drachmas decem.
Ranas viventes vino lotas, Duodecim.
Lumbricorum terrestrium vino ablutorum, Uncias septem.
Fol. Matricariæ,
Flor. Schœnanthi,
Stœchados, ana Manipulos duos.
Succi Rad. Ebuli,
Enulæ campanæ,
Terebinthinæ claræ, ana Uncias quatuor.
Styracis liquidæ, Uncias tres.
Lithargyri Auri, Libras duas.
Argenti vivi Terebinthinâ extincti, Uncias octo.
Vini generosi, Libras quatuor.
Ceræ albæ q. s.

F. s. a. Emplastrum.

EMPLASTRUM DE SPERMATE CETI.

℞. Ceræ albæ, Uncias duas.
Spermatis Ceti, Unciam unam.
Gummi Galbani aceto dissoluti, Unciam semis.

M. F. Emplastrum.

EMPLASTRUM DE SPERMATE RANARUM.

℞. Spermatis Ranarum depurati,
Olei Olivarum, ana Libras duas.

Coquantur ad consumtionem humiditatis; postea adde
Cerussæ albæ, Libras duas & semis.
Lithargyri, Uncias quatuor.
Aquæ puræ, q, s.

Coquantur iterum ad Emplastri consistentiam, cui adde

Ceræ albæ,
citrinæ, ana Uncias duas.
Sacchari Saturni, Drachmas sex.
Terebinthinæ communis, Uncias duas.

M. F. Emplastrum.

EMPLASTRUM STICHTICUM PARACELSI.

℞. Gummi Ammoniaci,
Bdellii, ana Uncias duas.
Galbani,
Myrrhæ,

Oli-

Olibani,
Opopanacis,
Rad. Ariſtolochiæ longæ,
rotundæ,
Dictamni albæ,
Magnetis præparati, ana Unciam unam.
Olei Hyperici, Libras duas.
Laurini genuini, Uncias duas.
Lithargyri Auri, Libram unam & ſemis.
Ceræ citrinæ, Libram ſemis.
Terebinthinæ, Uncias quatuor.

F. ſ. a. Emplaſtrum.

SEC-

SECTIO DECIMA SEXTA.

De Præparationibus quorundam Medicamentorum ſimplicium.

ALOË ROSATA.

℞. Aloës Socotorinæ, q. v.
Succi Roſarum pallidarum, q. ſ.

Ut in eo diſſolvatur; ſolutio per pannum trajecta, evaporet in conſiſtentiam Extracti.

CHALYBIS PRÆPARATIO.

℞. Limaturæ Chalybis puriſſimi. q. v.

Irroretur Aceto vini acerrimo, & ſiccetur ad Solem, idque toties repetatur, donec ſuper porphyritem, aſſuſo parum Aquæ Cinamomi, poſſit teri in pulverem impalpabilem.

CORNU CERVI, EBORIS, ALIORUMQUE OSSIUM PRÆPARATIO.

℞. Oſſa quæ & q. v.

In fruſta ſecta comburantur donec penitus albeſ-

bescant; subtilissime terantur, & super marmor lævigata redigantur in Trochiscos.

EORUNDEM OSSIUM PRÆPARATIO SPAGYRICA.

In destillatione Aquæ Vitæ ossa filo annexa suspendantur in collo vesicæ, ita ut Vinum non attingant: tum superposito capitello fiat destillatio, & per vapores ascendentes ossa in substantiam friabilem redigentur primâ, vel repetitis destillationibus.

LAPIDIS CALAMINARIS PRÆPARATIO.

℞. Lapidis Calaminaris pulv. q. v.

Super marmor tamdiu læviga, cum aquâ Rosarum, donec ori inditus, nullum sub dentibus stridorem edat; deinde in pastillos redige in umbra siccandos.

Eodem modo præparantur

LAP. HÆMATITES,
LAZULI,
PRETIOSI,
CHELÆ, ET OCULI CANCRORUM
CORALLIUM ALBUM, & RUBRUM
MARGARITÆ.

MA-

MATER PERLARUM.
SUCCINUM ALBUM.
TUTIA ALEXANDRINA.

PLUMBI USTIO.

℞. Plumbi laminarum tenuissim. q. v.
Sulphuris. q. s.

Fiat S. S. S. in fictili novo: ignem succendito, flagrans plumbum spatha ferrea versato donec prorsus in cineres redigatur.

VITRIOLI CALCINATIO.

℞. Vitrioli triti q. v.

In vase terreo non vitreato igne moderato exsiccetur ad albedinem, fortiter semper agitando, ne adhærescat & lapidescat. Postea igne aucto per horæ quadrantem uratur ad rubedinem.

SECTIO DECIMA SEPTIMA.

De Præparationibus Chemicis.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM.

℞. Antimonii crudi ſtriati, Part. unam.
Nitri puriſſimi, Part. tres.

Seorſim in pulverem ſubtiliſſimum redacta, & mixta, projiciantur per vices in crucibulum candens; peractâ detonatione per horæ quadrantem in igne detineantur; eximatur maſſa, abluenda aquâ purâ, & in umbrâ ſiccanda. Aqua limpida, primò decantata, evaporet donec cuticula in ſuperficie appareat, & in loco frigido depoſita dabit cryſtallos, dictas

NITRUM ANTIMONIATUM.

ANTICACHECTICUM LUDOVICI.

℞. Antimonii crudi, ſubt. triti,
Chalybis limati, non rubiginoſi,
ſubtiliſſ. contuſi, ana Uncias quatuor.
Nitri puriſſimi, Uncias duodecim.

Mixta, per vices detonent, in crucibulo capaci ignito; eximatur maſſa, edulcoretur, & ſiccetur.

Para-

Paratur etiam ex Antimonii tusi, & Chalybis limati anaticà portione, *per semihoram simul in crucibulo ignitis, ac virgâ ferreâ sæpius agitatis, ne in regulum abeant. Quæ subtilissimè trita, ac* Nitri triplo, *respectu* Antimonii, *commixta, deflagrent, & abluantur lege Artis.*

ANTIHECTICON POTERII.

℞. Antimonii subtilissimè contusi, Uncias sex.
Stanni Anglici minutim tornati, Uncias tres.
Nitri purissimi, Uncias octodecim.

Commixta accuratè, deflagrent, abluantur, & siccentur lege Artis.

ANTIMONII HEPAR.

℞. Antimonii crudi,
Nitri puri, ana Part. æquales.

Seorsim trita in pulverem subtilissimum, & commixta, conjiciantur per intervalla in crucibulum candens; finitâ detonatione eximatur massa. Quæ si liberetur aquâ purâ ab omni salsedine, dicitur

CROCUS METALLORUM.

ANTI-

ANTIMONII REGULUS MARTIALIS.

℞. Antimonii crudi, Libram unam.
Clavorum Ferri, Libram ſemis.

Candeſcant in crucibulo latere tecto; intensè ignitis adde Nitri puri, Uncias tres. *Urgeantur igne maximo, donec fluant, & non amplius ſcintillent; mox effundantur in conum fuſorium calefactum, & adipe illitum; & regulum à ſcoriis ſepara. Qui labor bis repetitus, addita* eâdem Nitri quantitate, *dat Regulum Antimonii Martialem Stellatum.*

ANTIMONII REGULUS MEDICINALIS.

℞. Antimonii crudi, Uncias quinque.
Salis Marini decrepitati, Uncias quatuor.
Tartari, Unciam unam.

In pulverem redacta, & mixta, fundantur in crucibulo; fuſa effundantur in conum fuſorium; regulus à ſcoriis ſeparatus, craſsè contuſus, & aquâ purâ ablutus, ſervetur uſui.

ANTIMONII VITRUM.

℞. Antimonii ſubtiliſſimè contuſi, Libram unam.

Calcina, ſub continua agitatione, in patinâ ter-

terreâ non vitreatâ leni igne per aliquot horas; quousque fumi fere cessent, cavendo ne concrescat & si concreverit, denuò in pulverem redigatur. Aucto dein igne calcinetur in pulverem griseum, qui in crucibulo urendus, donec instar ceræ fluat: quo facto, stilo ferreo in massam intincto explorandum, num materia satis diaphana sit; quæ effundatur supra laminam æneam calefactam leviter, & lentè frigescant omnia ne Vitrum dissiliat.

Tartarus Emeticus.

℞. Croci Metallorum,
Crystallorum Tartari, ana Partes æq.

Bulliant cum aquâ purâ in fictili vitreato, ad solutionem Tartari usque; solutio calidè filtretur per chartam emporeticam; & evaporet donec cuticula in superficie appareat. Reponatur in loco frigido ad crystallisandum; quæ crystalli collectæ Tartarus Emeticus dicuntur.

Butyrum, & Cinnabaris Antimonii.

℞. Antimonii crudi subtilissimè triti,
Mercurii sublimati corrosivi, anà Part. æquales.

Terantur exactissimè & cautè in mortario lapideo, donec penitus misceantur. Hic pulvis indatur retortæ vitreæ latioris colli: quam impone are-

næ,

næ, agglutina recipiens, & admove ignem, per gradus augendum; exstillabit primò liquor tenuis, postea crassus, admotâ prunâ si concreverit solvendus, ne occluso collo retorta dissiliat. Porro admove ignem intensissimum, qui continuandus, quousque omnes fumi dispareant. Remoto recipiente priori, aliud appone non lutandum, auge ignem ut retorta candeat, & semihoram continua.

Omnibus refrigeratis, habebis Antimonii Butyrum, & Cinnabarin collo retortæ adhærentem. Butyrum rectificetur, Cinnabaris aquâ purâ abluatur, aut iterum sublimetur.

BEZOARDICUM MINERALE.

℞. Butyri Antimonii rectificat, q. v.

Instilletur ei in vase vitreo Spiritus Nitri, *usquedum effervescentia cesset; sic præcipitabitur pulvis albus, quem crucibulo inde, ac igni committe ferè ad incandescentiam, & per mediam horam in eo detine. Affunde huic pulveri refrigerato iterum* Nitri Spiritum, *ac procede ut prius, & remanebit pulvis ponderosus albus, usui servandus.*

MERCURIUS VITÆ.

℞. Butyri Antimonii, q.v.

Instilletur aquæ puræ copiosæ: & confestim in pulverem albicantem præcipitabitur; qui edulcoratus, & siccatus usui servetur. AN-

ANTIMONII TINCTURA.

℞. Antimonii crudi optimi, Libram semis.
Salis Tartari Nitrati, Libram unam.

Contusa misce exactè, & igne valido funde in crucibulo forti, ac calcina per horas sex vel octo; massæ in mortarium æneum effusæ, & contusæ, affunde illicò in phialâ altioris colli Alkohŏl Vini q. s. *ut quatuor digitos emineat; digere per dies aliquot, usquedum Tinctura rubicundum acquisiverit colorem, & usui serva.*

TINCTURA METALLORUM.

℞. Reguli Antimonii Martialis, Uncias duas.
Stanni Anglici opt.
Cupri rubri, ana Unciam unam.

Cupro seorsim fuso, adjungantur Regulus & Stannum, dein adde Nitri Drachmas duas; *Auge ignem usque ad maximam vehementiam, donec massa penitus fluat; tum effundatur in conum fusorium. Hujus* Reguli compositi subtilissimè triti Unciæ uni *adde & permisce* Nitri purissimi Uncias duodecim, *pulvis in crucibulo calcinetur per horas sex, vel ultra, donec colorem acquisiverit ex cæruleo viridescentem. Massæ effusæ, & mox contusæ affunde in phiala apta* Alkohol Vini, *ad supereminentiam sex digitorum; & digerendo extrahe Tincturam rubicundam.*

MER-

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

℞. Argenti vivi, Uncias duodecim.
Aquæ fortis, Uncias viginti quatuor.

Soluto Mercurio, cucurbitæ vitreæ indita evaporent ad humiditatis consumtionem; massæ exemtæ adde

Vitrioli ad albedinem calcinati,
Salis Marini decrepitati, ana Uncias quindecim.

Trita & commixta indantur cucurbitæ vitreæ, capitello opertæ, & ex arenâ fiat sublimatio leni igne per tres, postea fortiori per novem horas; & reperies Mercurium in capitellum sublimatum.

MERCURIUS DULCIS.

℞. Mercurii sublimati corrosivi, Uncias septem.
Vivi opt. depurati, Uncias sex.

Terantur in mortario vitreo, donec Mercurius vivus planè dispareat; hoc pulvere reple phialæ aptæ partem tertiam; ac in arenâ sublima per sex vel septem horas. Hæc sublimatio ter repetatur, abjiciendo semper pulverem rubrum in fundo remanentem. Si sexies repetatur sublimatio, dicitur vulgò Calomelas Turqueti.

MER-

Mercurius Præcipitatus Ruber.

℞. Mercurii vivi, q. v.

Dissolve in Aq. fortis duplo. *Solutum evapora in phialâ tenui ad siccitatem in arenâ; dein aucto igne perge, donec pulvis ex albo fiat ruber.*

Mercurius Præcipitatus Albus.

℞. Mercurii Vivi, Uncias sex.

Dissolve in

Aq: fortis, Unciis decem.

Huic solutioni affunde Muriam Salis marini, *& illicò cadet pulvis albissimus, crebrâ affusione aquæ puræ edulcorandus, & siccandus. Si solutioni præscriptæ addas* tantillum Cupri, *dat* Mercurium Præcipitatum Viridem.

Turpethum Minerale.

℞. Mercurii vivi, Uncias duas.
Olei Vitrioli rectificati, Uncias quatuor.

Soluto Mercurio, in arenâ evaporent ad siccitatem; huic massæ tritæ affunde aquam pluviam tepidam, & edulcora S. A. donec aqua insipida redeat. Et pulvis citrinus servetur usui.

ÆTHIOPS MINERALIS.

℞. Mercurii optimè depurati,
Flor. Sulphuris, ana Part. æq.

Terantur in mortario lapideo, donec Mercurius planè dispareat, & pulvis nigrescat. Hic pulvis si in vasis idoneis sublimetur lege artis, dat

CINNABARIN MERCURII.

MERCURII AMALGAMA.

℞. Plumbi nigri, Unciam unam.

Huic in cochleari ferreo super ignem soluto, affunde Merc. Vivi *tantundem, qui cum sibilo intrabit; misceatur massa virgâ ferreâ, mox effundatur super marmor, & servetur usui.*

CROCUS MARTIS APERIENS, *sive* CHALYBS *cum* SULPHURE PRÆPARATUS.

℞. Limaturæ Martis,
Florum Sulphuris, ana Partes æquales.

In pulverem tenuem redacta immittantur crucibulo tigillo benè tecto; deìn in igne deflagrent & in eo per bihorium remaneant, continuò agitando, ac pulvis ruber servetur usui.

 CRO-

Crocus Martis Adstringens.

℞. Limaturæ Martis q. v.

Calcinetur in patellâ terreâ non vitreatâ, vehementissimo igne reverberii in furno figuli, ad intensam usque rubedinem. Paratur etiam ex Vitriolo Martis *ad rubedinem calcinato.*

Vitriolum Martis.

℞. Olei Vitrioli, Part. unam.
Aquæ puræ calentis, Part. tres.

Huic liquori injiciatur Limatura Martis non rubiginosa *per vices, donec non amplius effervescant. Digerantur in arenâ, ac liquor viridiusculus calide filtratus, ad cuticulam exhalet, qui frigori expositus in crystallos concrescet, usui servandas.*

Tinctura Martis Tartarisata, *vel* Aperiens.

℞. Tartari albi contusi, Uncias sex.
Limaturæ Martis, Uncias tres.
Salis Tartari, Uncias duas.

Coquantur, in aheno ferreo cum f. q. Aquæ puræ, *per horas duodecim, sæpius agitando, & si aqua deficiat recentem affundendo; hinc liquor circiter Unciarum duodecim filtretur, & usui servetur.*

Tinc-

Tinctura Vitrioli Martis Ludovici.

℞. Vitrioli Martis, Part. unam.
Cryſtallorum Tartari, Part. quatuor.

Ebulliant cum Aquæ puræ q. ſ. *per horas duodecim, donec maſſa ad Mellis ſpiſſitudinem ſit redacta; huic, altæ phialæ immiſſæ, affunde* Spiritus Vini rectificati duodecuplum; *ebulliant leviter viginti quatuor horis, & Tincturam rubicundam a fæcibus ſeparatam uſui ſerva.*

Tinctura Martis Adstringens.

℞. Capit. Mortui Aroph Paracelſi, q. v.

Affunde Spiritum Vini *ad eminentiam quatuor digitorum tranſverſorum; & ſ. a. extrahe Tincturam.*

Lapis Infernalis.

℞. Argenti in cupellâ purificati, Unciam unam.
Sp. Nitri fortiſſimi, Uncias duas.

Indantur cucurbitæ vitreæ, ut Argentum in Sp. diſſolvatur; poſtea in arenâ imponantur igni, fumabunt, dein quoque rubros fumos emittent ſimul ac exſiccari incipiunt; deſinentibus fumis, mox fundentur. Fuſam hanc maſſam effunde in modulum excavatum, ac uſui ſerva in vitro arctiſſimè clauſo.

SATURNI SACCHARUM.

℞. Lithargyri q. v.

Pulverisato affunde Aceti destillati acerrimi, q. s. *ut sex digitos emineat; digere modico calore, sæpius materiam agitando, donec acetum probè sit impregnatum; colatum evaporet ad mellaginem, mox effundatur in vas fictile vitreatum & reponatur in cellâ frigida, ut concrescat in crystallos super bibulam siccandas.*

TINCTURA ANTIPHTHISICA.

℞. Sacchari Saturni, Unciam unam.
Vitrioli Martis, Unciam semis.

Separatim pulverisata commisceantur, ut fiant instar pastæ, quæ in patellâ vitreatâ aëri exposita aliquot diebus, rubescet; pulverisatæ affunde Sp. Vini rectificati, Uncias quatuor. *& frigidè extrahe Tincturam.*

SPIRITUS SALIS AMMONIACI.

℞. Salis Ammoniaci in pulverem triti,
Tartari, ana Libram unam.
Aquæ communis, Libras duas.

Destillentur ex cucurbitâ vitreâ in amplum recipiens. Primò prodeunt flores in formâ sicca, secun-

cundò liquor flores solvens, solutis floribus, cessetur ab operatione.

Idem spiritus fugacissimus *paratur, si* Sali Tartari *substituatur* Calx viva, *& procedatur modo præscripto.*

Flores Salis Ammoniaci Volatiles.

Parantur juxta processum primum, omissâ aquâ.

Sal Febrifugus Sylvii.

Paratur, ex Capite mortuo Sp. Salis Ammoniaci, *cum* Sale Tartari parati, *solvendo, filtrando, & evaporando ad siccitatem.*

Flores Salis Ammoniaci Martiales, *sive* Aroph Paracelsi.

℞. Lap. Hæmatitæ.
Salis Ammoniaci, ana Libram unam.

Subtilissimè pulverisata immittantur cucurbitæ terreæ, capitello vitreo munitæ; ac igne aperto fiat sublimatio. Primò adscendit Sp. Salis Ammoniaci salsus, postea flores aurantii coloris, usui servandi.

Ens Veneris Boylei.

Paratur juxta processum præcedentem, substituendo Lapidi Hæmatitæ Colcothar Vitrioli edulcoratum.

Tinctura Veneris.

℞. Limaturæ Veneris q. v.

Affunde Sp. Salis Ammoniaci, q. s. *ut fiat Tinctura cœrulei coloris.*

Flores Benzoini.

℞. Benzoini q. v.

Pulverisatum immittatur ollæ terreæ, cui alembicus chartaceus in pyramidis formam assurgens, adaptetur; imponatur igni modico, ac flores sublimentur, mutato sæpius alembico colligendi, & usui servandi.

Flores Sulphuris.

℞. Sulphur. flavi à sordib. purgati q. v.

Indatur vasi terreo, & in arenâ sublimetur in aliud vas superpositum, & allutatum.

Lac Sulphuris.

℞. Flor. Sulphuris, Part. unam.
Salis Tartari, *vel* Cinerum Clavellator, Part. tres.

Coquantur in vase fictili vitreato, cum Aquæ puræ q. s. *usque ad Sulphuris dissolutionem; quæ solu-*

ſolutio filtretur, *ac* Aceto deſtillato *præcipitetur. Præcipitatus pulvis edulcoretur Aquâ purâ.*

SPIRITUS SULPHURIS PER CAMPANAM.

℞. Sulphuris citrini q. ſ.

Funde in vaſe figulino humili, leni igne; imponatur hoc vas patellæ terreæ vitreatæ, & in medio parum elevatæ. Accendatur Sulphur, ut totâ ſuperficie ardeat; ſuſpendatur deſuper campana vitrea, in quâ Sulphuris fumus coagulatus, & in humorem rubellum reſolutus, ſtriatim deſtillabit in ſubjectam patellam. Continuetur hic labor donec ſufficientem Spiritûs quantitatem nactus fueris, novum ſubinde Sulphur addendo. Hic labor inſtituatur loco humidiori, aëreque pluvioſo.

CREMOR TARTARI.

℞. Tartari Rhenani albi contuſi q. v.

Coquatur lento igne cum ſ. q. Aquæ, *clarificetur cum albuminibus ovorum, & coletur; poſtea coquatur in vaſe fictili vitreato, uſquedum cuticula in ſuperficie appareat; quæ rudiculâ ligneâ colligenda, exſiccanda ſuper chartam bibulam, lævigenda, & in nimbo vitreo aſſervanda.*

CRYSTALLI TARTARI.

℞. Tartari Rhenani albi contusi q. v.

Bulliat cum multâ Aquâ, *clarificetur cum albuminibus ovorum, & coletur; exponatur frigori pernoctem, aut diutius, & crystalli lateribus vasorum accrescent, quas effusa aquâ collige, exsicca, & in vitreis asserva.*

SAL TARTARI, & LIQUOR, *sive* OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM.

℞. Tartari albi q. v.

Involvatur papyro crassa madefacta, ac immittatur igni vehementissimo, ut exuratur in massam albam salinam, solvendam Aquâ purà; *hic liquor coletur, & exhalet in salem siccum. Paratur etiam ex* Capite mortuo à destillatione Sp. Tartari remanente, *ad albedinem calcinato, & in aquâ soluto, filtrato, & siccato. Hic Sal manicæ Hippocrati inditus, ac in cellâ humidâ suspensus, in* liquorem *solvitur*, Tartari *dictum.*

SAL TARTARI NITRATUS.

℞. Nitri purissimi,
Tartari albi, ana Part. æqual.

Contusa, & commixta, patellæ terreæ commit-
tan-

tantur, accendantur, & deflagrent penitus. Ac materia viridescens usui servetur.

SAL TARTARI VITRIOLATUS.

℞. Olei Tartari per deliquium facti, & purificati, Uncias sex.

Instilletur illi paulatim in vitreo nimbo amplo

Olei Vitrioli, Uncia una & semis.

Præcipitabitur statim in coagulum albissimum, quod, supernatante liquore à lento igne in vapores resoluto, ad siccitatem salis reducatur.

SAL TARTARI VITRIOLATUS TACHENII.

℞. Vitrioli viridis,
Salis Tartari, ana Libram unam.

Solvantur seorsim in Aquæ bullientis quadruplo; *solutiones per pannum colatæ confundantur, quæ mox reddentur turbidæ. Quiescant in loco frigido viginti quatuor horis, & præcipitabitur materia crassa ex viridi nigra; liquorem supernatantem limpidum decanta, & residuo novam bullientem affunde, iterumque clarum decanta. Hi liquores filtrati & ad cuticulam evaporati, concrescant in crystallos usui servandas.*

TINCTURA SALIS TARTARI.

℞. Salis Tartari depurati q. v.

Quo imple crucibulum forte, tege latere cocto, liquefac in furno anemio, observa ignis gradus, ne crucibulum findatur; auge ignem donec penitus liquescat, continua hunc ignem per sex vel octo horas; donec colorem acquisiverit ex cœruleo viridescentem. Effunde massam in mortarium æneum ac mox contunde, ne ab aëre alteretur; immitte Salem phialæ altæ, & affunde Alkohol Vini, *ad supereminentiam quatuor digitorum transversorum ac digerendo extrahe Tincturam rubicundam.*

TINCTURA TARTARI CUM VINO.

℞. Tartari Rhenani crudi,
calcinati ad nigredinem, ana
Libram semis,
Salis Tartari, uncias tres.

Contusis affunde

Vini Rhenani, Pintam unam.

Digerantur modico calore: ac servetur Tinctura usui.

SPI-

SPIRITUS TARTARI.

℞. Tartari albi puri, q. v.

Repleatur hoc retorta vitrea ad dimidium; collocetur in arenâ, ac recipiente capaci adlutato, per gradus destilla, donec omnis Spiritus cum Oleo sub nebularum formâ sit egressus, tum Oleum a Spiritu separa, filtro prius aquâ vel Spiritu Vini humectato, ut Oleum remaneat, Spiritus verò transeat.

SAL NITRI FIXUS, & LIQUOR.

℞. Nitri purissimi, q. v.

Fundatur in crucibulo; fuso injice pauxillum carbonis igniti; orietur subitò inflammatio usque ad consumtionem carbonis, continuetur injectio carbonis, donec novus carbo injectus non amplius deflagret; eritque in fundo materies subviridis, quæ paululum calcinata albescit; ac solvendo, filtrando, & evaporando redigitur in Salem Nitri Fixum. Qui sal manicæ Hyppocratis inditus, ac in loco humido suspensus in Liquorem *solvitur,* Nitri Fixi *vel* Alcaheſt Glauwberi, *dictum.*

SAL POLYCHRESTUS.

℞. Nitri puriſſimi,
Sulphuris flavi, ana q. v.

Contuſa commiſceantur, ac per vices injiciantur crucibulo ignito ut conflagrent. Sulphure deflagrato, per horam adhuc calcinentur; dein auferantur, ac ſolutione, filtratione, & cryſtalliſatione, redigantur in ſalem albiſſimum.

SAL PRUNELLÆ.

℞. Nitri puriſſimi q. v.

Liquefiat in crucibulo, liquefacto injice per intervalla Florum Sulphuris, vigeſimam *circiter* partem. *Sulphure conſumto, effundatur Nitrum in pelvim æneam, ac uſui ſervetur. Vocatur etiam* Cryſtallum minerale.

ARCANUM DUPLICATUM, *ſive* NITRUM VITRIOLATUM.

℞. Capitis mortui Aquæ fortis, (ex Vitrioli calcinati & Nitri puri ana part. æq. parati) q. v.

Solvatur in Aquâ fervente, *ac filtretur per bibulam, Liquorem limpidum evapora ad cuticulam, ut in frigido concreſcat in Salem album cryſtallinum. Si tamen hic Sal nimis virideſcat, parum calcinetur, ac methodo præſcriptâ in cryſtallos redigatur.*

Sp. Nitri.

℞. Nitri puriſſimi, in pulverem redacti, Part unam.
Boli communis contuſi, Partes tres.

Miſceantur exactè; & repleatur hac mixturâ retorta vitrea loricata ampli colli ad dimidium; hanc impone furno in igne aperto, adapta recipiens amplum, ac fiat per gradus deſtillatio. Primò deſtillabit Liquor aquoſus, poſtea pinguis; augeatur ignis donec fumi rubri appareant, qui ignis gradus continuetur uſquedum ceſſent, ac ſervetur Spiritus uſui.

Sp. Salis.

Paratur juxta proceſſum præcedentem; ſubſtituendo in locum Nitri, Salem marinum decrepitatum.

Sp. Nitri & Salis Dulcis.

℞. Sp. Nitri, vel Salis, ſuperius deſcript. Uncias decem.
Vini rectificati, Uncias quadraginta.

Mixta, per retortam deſtillentur ad ſiccitatem. Hic Spiritus unâ, vel alterâ vice eſt rectificandus.

Sal

SAL ABSINTHII.
CARDUI BENEDICTI.
FABARUM.
GENISTÆ.

Herbæ ſiccatæ exuruntur in cineres albos, ex quibus per aquam calentem fit lixivium, quod filtrandum, & lento carbonum igne exſiccandum in ſalem: qui, ut purior reddatur, iterum ſolvendus, filtrandus, & exſiccandus.

SAL VOLATILE CORNU CERVI.

℞. Corn. Cervinor. in ſegmenta diſſector. q. v.

Indantur cacabo ferreo, impoſito capitello parili, & adlutato amplo recipiente; auge ignem gradatim, uſquedum cacabus candeat, & fumi ceſſent; ſic Salem, Spiritum, & Oleum ſimul nanciſceris. Spiritum hunc ab oleo per bibulam Spiritu vini madidam ſepara, ac in cucurbita alta, impoſito capitello, lento igne ſublima. Rectificatur, addendo Cretæ contritæ ſextuplum, ac ſublimando in cucurbitam inverſam, priori impoſitam; aut in alembicum cæcum adlutatum.

SAL VOLATILE VIPERARUM.

Paratur eâdem encheireſi, quâ Sal C. C. Ut & omnia Salia Volatilia ex Animalibus.

SPIRITUS CORNU CERVI SUCCINATUS.

℞. Sp. Cornu Cervi fortissimi, q. v.

Huic per vices ingere Salem Succini Volatilem *subtilissimè tritum, tamdiu, donec effervescentia cesset: Liquor per subsidentiam clarus usui servetur, aut ex retortâ rectificetur.*

SAL & OLEUM SUCCINI.

. Succini in fragmenta majora contusi, q. v.

Repleatur his retorta vitrea, ad tertiam partem; & superadde arenæ mundæ manipulos duos vel tres. Instituatur destillatio ex arenâ, ab initio leni igne, sic prodit Spiritus; aucto sensim igne prodit Oleum flavum; & vehementiori paulò Oleum rubrum, unâ cum Sale volatili, undique lateribus colli retortæ, & recipientis adhærente. Omnibus refrigeratis separetur Oleum à Spiritu; Oleum cum aquâ purâ per vesicam rectificetur. Sal liberatur ab Oleo, extendendo in chartâ bibulâ, quæ oleum reliquum absorbet; aut iterum ex cucurbitâ humili sublimando.

OLEUM CERÆ.

℞. Ceræ, Partem unam.
Arenæ, Partes tres.

Liquefactâ cerâ, & admixtâ arenâ destillentur ex retortâ per gradus ignis.

OLEUM

OLEUM LATERUM, *seu* PHILOSOPHORUM.

℞. Lateres, aut tegulas rufas antiquas, q. v.

Contusas & vehementer excandefactas restinguito in

Oleo claro veteri.

Quo imbutas in tenuissimum pulverem contere, retortæ inde, & igne aperto destillando extrahe Oleum.

SPIRITUS, & OLEUM VITRIOLI.

℞. Vitrioli viridis ad albedinem calcinati, q. v.

Immittatur in retortam terream, applicetur recipiens amplum, fiat destillatio ex igne aperto, sic primò prodibit Phlegma, cum Spiritu Vitrioli volatili. Aucto dein igne ad incandescentiam retortæ, nancisceris Spiritum Vitrioli acidum. Mutato recipiente urgeatur porrò destillatio igne vehementissimo, sic prodibit Oleum Vitrioli corrosivum, ac ignem continua donec fumi planè cessent.

LIQUOR STYPTICUS.

℞. Limaturæ Martis.
Olei Vitrioli, ana Libram unam.

Æru-

Æruginis.
Lap. Hæmatitæ, ana Libram ſemis.
Aluminis, Uncias duas.

Diſſolve in Aquæ puræ, Pintis duabus & ſemis: *ſtent in infuſione calida, viginti quatuor horis. Deinde filtretur Liquor per bibulam, & uſui ſervetur.*

RUPTORIUM COMMUNE.

Fit ex Lixivio fortiſſimò *ſecundum artem exſiccato.*

APPENDIX,

De quibuſdam nuncupationibus plura uno titulo comprehendentibus.

QUINQUE RADICES APERIENTES.

Apii.
Aſparagi.
Fœniculi.
Petroſelini.
Ruſci.

QUATUOR HERBÆ EMOLLIENTES.

Althæa.
Beta, *vel* Parietaria.
Malva.
Violaria.

QUINQUE HERBÆ CAPILLARES.

Capillus Veneris, *ſeu* Adiantum nigrum.
Phyllitis, *ſeu* Lingua cervina.
Polytrichum, *ſeu* Trichomanes.
Salvia Vitæ, *ſeu* Ruta muraria, & Adiantum album.
Scolopendrium *ſeu* Ceterach.

TRES

TRES FLORES CORDIALES.

Borraginis
Buglossæ,
Violarum.

QUATUOR SEMINA CALIDA MAIORA.

Anisi.
Cardamomi.
Cumini.
Fœniculi.

QUATUOR SEMINA CALIDA MINORA.

Ammios.
Apij.
Carui.
Dauci.

QUATUOR SEMINA FRIGIDA MAIORA.

Cucumeris.
Cucurbitæ.
Citrulli.
Melonum.

QUA-

Quatuor Semina Frigida Minora.

Cichorei.
Endiviæ.
Lactucæ.
Portulacæ.

Quinque Lapidum Pretiosorum Fragmenta.

Granati.
Hyacinthi.
Sapphiri.
Sardi ſeu Carneoli.
Smaragdi.

INDEX

Medicamentorum Compositorum in Officinis asservandorum.

Ad

Ment-

Me-

Nu-

Anti-

Tar-

Cor-

Vio-

Coc-

Vipe-

FINIS.

ERRATUM CORRIGENDUM.

Pag. 124 linea 17 pro Libris octo, lege Libras tres.